ante ostiū. q̄s ambit funiculus duode
cim cubitoꝝ. i. quos fides duodeci apo
stoloꝝ amplectit̄ de quaruȝ medio xp̄i
hostiū credentib⁹ apit̄. Quattuoꝛ autē
ministri sup pontificeȝ mapulā ferūt in
summitatib⁹ q̄ttuoꝛ baculoꝝ colligatā
ꝛ inde ipi ministri mapularij nuncupā
tur. Mapula illa q̄ diuersis figurata ē

ymaginibꝰ sacrã designat scripturã que
multis ⁊ varijs insignita est mysterijs.
Hec q̃ttuor baculis sup̱ pontificẽ por-
taꝛ extẽsa. q̄r sacra scriptura q̃ttuor mo-
dis sup̱ xp̄m ferꝛ exposita. videlicet hi-
storice. allegorice. anagogice ⁊ tropolo-
gice. ꝓut dictũ est i ꝓhemio libri. Hec
est fluuius paradisi q̇ q̃ttuor in capita di-
uisis ꝓgrediꝛ. Hec est mẽsa ꝓpositõis
que q̃ttuor pedibꝰ eleuata subsistit. Su
per pontificẽ ğ portaꝛ extẽsa vt se venis-
se mõstreꝛ quez lex scripserat ⁊ ꝓphete.
Nã ipemet xp̄s incipiẽs a moyse ⁊ pro
phetis interp̄tabaꝛ in oĩbus scripturis
q̇ de ip̄o erãt. ꝓpter qđ alibi dic̄. Si cre
deretis moysi, etiã crederetis ⁊ mihi. de
me em̄ ille scripsit. Quattuor ministri
mapulã ferẽtes q̃ttuor sunt euangeliste
sacrã scripturã declarãtes ⁊ fidẽ exaltã-
tes. Hinc ẽ ꝙ in sũmitatibꝰ baculoꝝ
eoꝝ imagines collocanꝛ. Et p̄feruntur
duo luminaria cũ incẽso. q̄r lex ⁊ ꝓphete
cũ psalmis xp̄i p̄nũciauerũt aduentum
xp̄o attestãte. q̇ ait. Necesse est impleri
oĩa illa q̇ in lege moysi ⁊ ꝓphetis ⁊ psal
mis de me scripta sũt. In maioribꝰ aũt
solẽnitatibꝰ septẽ cãdelabra corã ponti
fice deferunꝛ, p̱ qđ illud oñdiꝛ qđ Johs
i Apoc̄. describit. Cõuersus inq̄t vidi se
ptẽ cãdelabra aurea. ⁊ i medio ip̄oꝝ si-
milẽ filio hoĩs vestitũ podere. vt ille p̱
h̄ aduenisse monstreꝛ. sup̱ quez reqeuit
spũs grẽ septiformis ẜm illud Isaie va
ticiniũ. Egredieꝛ virga de radice iesse et
flos de radice eius ascendet. et reqescet
super eum spũs dñi spiritus sapientie ⁊
intellectus. spiritus consilij et fortitudi
nis. spiritus scientie ⁊ pietatis ⁊ reple-
bit eũ spũs timoris dñi. In quibusdaꝫ
etiã basilicis circa mediũ chori manipu
lus stupe appendiꝛ. cui põtifex trãsiens
ignẽ apponit. vt in cõspectu pp̄li cito i-
cinereꝛ p̱ hoc scđm aduentũ cõmemo-
rãd. in q̇ xp̄s viuos ⁊ mortuos ⁊ sc̄lm p̱
ignẽ iudicabit. Nã ignis in ꝯspectu eiꝰ
p̱ ardebit. ⁊ in circuitu eiꝰ tẽpestas vali
da. ne videlicet q̇s male securꝰ existat. q̇
niã que in p̄mo aduentu blãdiꝛ p̱ scđm
exterret. q̇ em̄ iudicãdus venit in primo
iudicaturꝰ veniet i scđo. Hoc etiã fit vt
põtifex ignẽ apponẽs, ꝯsideret ꝙ ip̄e in
cinerẽ deꝫ redigi. ⁊ ornatꝰ eiꝰ i fauillã cõ-
uerti. ⁊ ꝙ quemadmodum stupa facile
comburitur. sic etiam facile et quasi in
momento p̄ns trãsit mũdꝰ ⁊ ꝯcupiscen
tia eiꝰ. Quia ẜm Jacobũ aplm via nr̄a
vapor ẽ ad modicꝰ parẽs. Ne forte quis
gl̄iosus incedit in tp̄ali gl̄ia delecteꝛ. nã
oĩs caro fenũ ⁊ oĩs gl̄ia eius quasi flos
feni. Cũ aũt iam pontifex appropinq̄t
altari p̄micerꝰ scole cãtoꝝ accedẽs dex
trũ ip̄ius humeꝝ corã astãtibus oscula
tur. q̄r cum xp̄s nasceretꝛ in mũdo. ange
lus ille cũ q̇ facta ẽ celestis militie mul-
titudo laudantiũ deũ. natiuitateꝫ eius
pastoribus patefecit. de quo dicit ꝓphe
ta. Puer natus est nobis ⁊ filꝰ datus est
nobis. ⁊ factus est p̄ncipatꝰ sup̱ hume-
rũ eius. Porro tres sacerdotes q̇ ponti
fici veniẽti corã altari reuerenter occur-
rũt ⁊ inclinãtes os eius osculanꝛ ⁊ pe-
ctus. significãt illos tres magos q̇ vene
rũt hierosolimã dicẽtes. Ubi ẽ qui na-
tus est rex iudeoꝝ. ⁊ ꝓcidentes adora-
uerũt eum. ⁊ ap̱tis thesauris suis obtu
lerũt ei munera. aurũ thus et mirram.
Per geminũ quidẽ osculũ geminaꝫ in
xp̄o cõfitenꝛ naturã. diuinã scꝫ ⁊ huma
nã. diuinã quasi latentẽ in pectore. hu-
manã quasi patentẽ in ore. q̄s etiã p̱ ob
lata munera magi mistice figurarunt.
Osculũ em̄ signũ est reuerẽtie. ꝓut sb
ti. de pacis osculo diceꝛ. Disponiꝛ autẽ
ista ꝓcessio velut castroꝝ acies ordina-
ta. Nã maiores ⁊ fortiores quasi custo-
des exercitꝰ p̄ueniunt ⁊ sequunꝛ. mino
res aũt quasi debiliores in medio colli
gunꝛ. Precedũt em̄ ep̄i ⁊ p̄sbyteri subse
quunꝛ põtifices ⁊ dyaconi. colligunꝛ in
medio sbdyaconi ⁊ acoliti. Cãtores po

q̄ſi tubicines exercitū ꝑcedūt vt eū ad ꝓlia ɔtra demones excitēt ⁊ inuitent. d̄ quo ꝓlio apl's ait. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinē. sed aduersus spiritualia nequitie in celestibus. Unde buccinate in neomenia tuba in die insignis solennitatis vestre.

Premisimus de ꝓcessione sūmi pōtificis. inde etiā occasione sumpta. ⁊ de aliis ꝓcessionibus aliqua subiiciamus Circa qd̄ generaliter notādū est. ꝙ sicut in missa legatio xp̄i ꝓ nobis in mundū figurat᷑. sic ⁊ in ꝓcessionib⁹ nostris reuersio nostra ad patriā nostrā denotat᷑. q̄rū solēnitas egressum ppl'i de egypto pene in oibus imitat᷑. Sicut em̄ ppl's ille ꝑ moysen erept⁹ est de manibus pharaonis. sic ppl's dei ꝑ xp̄m liberat᷑ de ore leonis. Et sicut tabule testamēti de monte synai accepte sunt a moyse ⁊ corā populo portate. Exo. xxxiiii. ⁊. xxxv. ca. sic liber euāgelii sumit᷑ de altari ⁊ portatur Illos vero columna ignis precedebat. ⁊ ante nos lumen candele ꝑcedit. Ante turmas illoꝝ signa ferebant᷑. ⁊ añ nos cruces ⁊ vexilla portant᷑. Ibi ꝓdigia fiebant. ⁊ apud nos miracula nō cessant. Illic leuite tabernaculū federis portabant ⁊ nr̄i diacones ⁊ subdyacones planaria ⁊ capsas ferūt. Ibi arca dn̄i a sacerdotib⁹ portabat᷑. ⁊ apud nos scriniū aut feretrū cum reliquiis a p̄sbyteris deportat᷑. Apud illos aarō sūm⁹ sacerdos sequebat᷑ ornat⁹. ⁊ apud nos ep̄s ifulatus. Apud eos moyses cū virga. apud nos rex cū sceptro. vel ep̄s cum cābuca Ibi clāgor tubaꝝ. hic strepitus cāpanarū. Ibi ppl's armat᷑. hic clerus sacris vestibus ⁊ ppl's virtutib⁹ adornat᷑. ibi populus aspergebat᷑ cum sanguine. h̄ aq̄ benedicta cū sale. Illis obuiat amalech sanguinē sitiēs: nobis turma demonū nostre vite semꝑ insidiās. Illic suis Iosue extitit victor. ⁊ nr̄ ih̄us victoriā nobis obtinuit. Cum aūt ad aliquā ecclesiam ꝓcessionaliter tendim⁹. tunc quasi ad terrā ꝓmissionis accedim⁹. Cū vero ecclesiā cātantes intram⁹ q̄si gaudētes ad patriā ꝑuenimus. Cum circa ecclesiā feretrū cū cāpanaꝝ pulsatōe portam⁹ q̄si cum arca cum sono tubaꝝ. ⁊ cū clāgore ppl'i hiericho circuim⁹. Hiericho corruit ⁊ destruit᷑ cū in nobis cōcupiscētia vincit᷑. Cum vero de choro ad aliqd̄ altare imus. ibiq́ȝ statōȝ facim⁹. significat ꝙ aie ad xp̄m tendēt ⁊ ɔcinēt in consortiis angeloꝝ. Scd̄o etiā dauid ⁊ salomō nos ad ꝓcessiones informauerūt cū dauid arcā dei in tabernaculū ⁊ salomon in templū cū hymnis ⁊ cāticis portauerunt. ⁊ sub alis cherubin locauerūt. Sic xp̄i humanitas ascēdēs celū ingredit᷑ ab angelis ꝑennit᷑ adorat᷑. quē fideliū aia comitat᷑. Tertio etiā in ꝓcessionib⁹ memoram⁹ ꝙ xp̄s de sinu p̄ris venit in mundū. de p̄sepe ad templū. de bethania i irl'm. ⁊ de irl'm in montē. optātes vt de mūdo reuertamur ad p̄riaȝ. ⁊ de vna eccl'ia ad aliā. s. de militāte ad triumphātē. sequētes crucē. i. vestigia crucifixi. et nos viciis ⁊ cōcupiscētiis crucifigētes. sequētes etiā vestigia sctōꝝ. ꝓcepta euāgelioꝝ. ⁊ induti vestes sacras. s. loricam iusticie. cingulū ɔtinentie. scutū fidei. et galeā salutis eterne. Deinde sacerdos celebratur⁹ q̄si cōtra spiritalia neq̄tie in celestibus pugnatur⁹ sacris vestibus q̄si armis induit᷑. put dictū ē in ꝓhemio tertie ꝑtis. In nonullis aūt ecclesiis sic ꝓcessio ordinat᷑. Precedūt nanq́ȝ septē acoliti cū luminarib⁹. significātes oēs q̄ ꝑ septiformē sp̄ūsctī grām lumē sciētie fidelibus ministrauerunt. Illos sequuntur septem subdiaconi cum planariis significantes illos qui per eandem gratiam plenitudinem diuinitatis in christo habitam corporaiter docuerunt. Et post eos septem dyaco-

ni repn̄tantes vniuersaliter oēs q̄ p ean
dem gr̄am spūalē intelligentiā videlicꝫ
euangelicā de xp̄o habuerūt. Et pꝰ eos
xij. ꝑores significātes oēs q̄ fide sancte
trinitatis vel triū vel q̄tuor ỽtutū ope-
ribus choruscarūt. quos comitant̄ tres
acoliti cū thuribulis ⁊ incēso. significā
tes tres magos q̄ xp̄o mūera obtulerūt.
Deinde sequit̄ vnꝰ subdyaconꝰ codiceꝫ
euāgelij baiulās q̄ siḡt legē. Qui iō pō
tificē p̄cedit q꞉ lex cōtinens in se passio
nis euangelicū sacr̄m p̄cessit xp̄i aduē-
tum. Et portat illū clausū ad notandū
ꝙ illō i lege fuit obscuꝝ ꝑusq̄ꝫ agnꝰ sep
tē libri sig̃cula apiret. Deinde pontifex
a duobꝰ q̄si i curru vehit̄. quē turba co-
mitat̄ orādo. in q̄ designat̄ ꝙ ppl̄s seq̄t̄
xp̄m in celū. In q̄ comitatu deceꝫ sunt
ordies. s. ostiarij. lectores. exorciste. aco
liti. subdyaconi. dyaconi. p̄sbr̄i. cātores
laici mares ⁊ mulieres. q꞉ currꝰ dei de-
cem milibus multiplex. Milibꝰ dr̄. ad
insinuandū eoꝝ ꝑfectionē. Sꝫ dyaco-
nos sb̄dyaconos ⁊ acolitos p̄sertim se
cū ꝑatos adducit. iux̄ illō. Ecce ego mit
to ad vos ꝓphetas sapientes ⁊ scribas.
Prophete sunt dyaconi. sapientes sub
dyaconi. scribe acoliti. His siq̄dem xp̄i
vicariꝰ ⁊ ip̄e xp̄s i publicū deducit̄ i me
diū adolescentulaꝝ timpanistriaꝝ. Eū
āt ꝓductū cantores ⁊ duo chori suscipi
unt ḡtulādo cantātes itroitū cū gl̄a i ex
celsis Nēpe cātores siue clerici i alb̄ ex
ultātes. angeli sunt q̄ xp̄m ascendenteꝫ
cū gl̄a ⁊ laudibꝰ i altissimis exceperūt.
Duo chori q̄ laudes cōcinūt sunt duo
ppl̄i: iudaicꝰ ⁊ gētilis. q̄ xp̄o veniēti ad
cū laudibꝰ occurrūt. Ip̄a ỽo ꝓcessio ē
via ad celestē patriā. Aq̄ bn̄dicta prece
dēs mūdicia vite ē. Lumiaria miscō̄ie
oꝑa. iux̄ illō. Sint lūbi vr̄i p̄cin. ⁊ lucer
ne ar. in ma. ve. ⁊c̄. Siq̄dem pontifex
seu sacerdos q̄si mediꝰ collocat̄ iter cle-
rum ⁊ crucē p̄cedentē ⁊ ppl̄m sequēteꝫ
tanq̄ꝫ mediatoris dei ⁊ hoim vices ge-
rens. Preterea maiores in choro ⁊ i ꝓ
cessione posteriores sunt q꞉ salus fit de
scendenti. Vn̄ Zacheus ꝑnceps publi
canoꝝ q꞉ pusillus erat cū ascēdisset si-
comoꝝ vt videret ih̄m trāseuntē. ait ei
iesus. Zachee descēde q꞉ hodie oportet
me manere in domo tua. At ille descē-
dit ⁊ excepit illū gaudēs in domū suā.
Iudei ỽo in sublimi stātes erāt ⁊ maio
res eoꝝ ꝑmas cathedras in synagogis
habent. Crux ḡ q̄si regale vexillū ⁊ tri-
umphale signū in ꝓcessionibꝰ p̄mittit̄
ꝑmo vt fugiāt q̄ oderūt eū a facie eius.
est em̄ signū victorie xp̄i. iux̄ illud. Ve-
xilla regis ꝓde. ful. crucis ⁊c̄. q̄ demo-
nes victi sunt. Vn̄ illo viso timēt ⁊ fu-
giunt. ⁊ ꝓpter hoc in q̄busdā locis tem
pestatibus aeris opponit̄ vt demones
fugiāt ⁊ ab aeris cōcitatōe desistāt. Nē
pe sancte crucis misteriū est nostꝝ sig-
num ⁊ vexillū. Vn̄ Isaie. xj. Stat in si
gnum populoꝝ ip̄m gētes deprecabū-
tur. ⁊ erit sepulcꝝ eius gl̄osum. Scd̄o
crucis vexillū p̄mittit̄. q꞉ sicut ait ap̄ls
ad Gal̄. Absit mihi gloriari nisi in cru-
ce dn̄i nostri iesu xp̄i. ꝑ quē mūdus no-
bis ⁊ nos mūdo crucifigi debemꝰ. de h̄
etiā sub ti. de euāgelio dicet̄. Nūq̄ꝫ etiā
vexilla premittunt̄. vt dicet̄ in. vj. par-
te sub ti. de rogationibus. Sane vt pre
missum est dum fit processio campane
pulsantur. Nam sicut rex terrenus in
exercitu suo regalia habet insignia. scꝫ.
tubas ⁊ vexilla. sic ⁊ rex eternus xp̄us
in ecclesia sua militanti campanas pro
tubis ⁊ cruces ꝓ vexillis habet. de quo
in prima parte sub tit. de campanis di-
ctum est. Adhuc campanaꝝ strepitus
ꝓph̄as qui xp̄i aduentū p̄nunciauerūt
figurat. Pāni ⁊ alia substernunt̄ i loco
vn̄ trāsire ⁊ ad cātandū ꝓcessio stare dꝫ
iux̄ illō Thob. penl̄. Platee tue sternēt̄
auro mūdo ⁊ cādido ⁊ i vijs eiꝰ cantabit̄
all̄a. Illō āt sciendū ē ꝙ q̄tuor sunt so-
lēnes ꝓcessiōes. s. i purificatōe be. virg.

marie in ramis palmaꝝ in pasca. ꝺ qͣli-
bus in locis suis dicet. ⁊ qͣrta fit in ascē
tione dn̄i. ad rep̄sitationē illius vltime
ꝓcessionis quā discipuli post dn̄m i die
ascēsionis ei⁹ in celū fecerūt veniētes si
mul cū eo ad montē oliueti vn̄ assūpt⁹
ē vidētib⁹ illis. in cui⁹ ꝓcessiōis rep̄sen-
tationē fit ꝓcessio in dn̄icis dieb⁹. Sci
endū ē ei ꝙ p̄mitiua eccl'ia obseruabat
diē dn̄icā solēnez. vt ⁊ mō. ⁊ fiebat in eo
ꝓcessio in memoriā resurrectōis. ⁊ ob-
seruabat etiā qͥntā feriā ⁊ fiebat in eo ꝓ
cessio in memoriā dn̄ice ascensionis. ꝫ
multiplicatis sctōꝝ festiuitatib⁹ subla-
ta ē solēnitas qͥnte ferie ⁊ eius ꝓcessio ꝑ
Agapitū papā in dn̄icā trāslata est vt a
ppl'o tūc ad eccl'iaz ꝯueniēte simul ⁊ so-
lēnit valeāt celebrari. Et ꝓpter ħ dies io
uis ꝺr vulgarit cognata diei dn̄ice. qr vi
delicet antiqͥtus par solēnitas fuit vtri-
ꝗ. In diebus igit dn̄icis ꝓcessionē faci
entes resurrectionē dn̄icā memoram⁹ ⁊
ꝓcessionē ꝑ discipulos post dn̄m factā
rep̄sitam⁹. non ꝙ illi eā in dn̄ica die fe-
cerint vt p̄missum ē. Nēpe egrediendo
eccl'iaz ⁊ regrediēdo ad eā qͣsi de irl'm re
dimus ad irl'm. ꝓut illi fecerūt. ⁊ sequi
mur crucē sicut illi crucifixū. Et licet il
li sine ihū redierint nos tn̄ cuz cruce re-
dimus. ꝓ eo ꝙ ipse dixit. Vobiscū suz
vsꝗ ad cōsummationē seculi. Que ꝓ-
cessio āteꝗ tertia dicat faciēda est ꝓut
in. vj. ꝑte sub ascensiōe dicet. Nō est eti-
am p̄termittendū ꝙ in dn̄icalib⁹ ꝓcessi
onibus de nouo dūtaxat testamēto cā-
tare. ⁊ virginē salutare. ⁊ aliqͥd qꝺ ad e⁹
laudē ꝓprie ꝑtineat cātare debem⁹. Ex
quo etiā ꝯsuetudo inoleuit. vt i clustris
oratoriū ꝟginis ꝯstruat. quā in statione
p̄ma ex p̄stina ꝯsuetudine salutam⁹. Li-
cet em̄ dicat ꝙ xp̄s resurgēs pri⁹ Ma-
rie magdalene appꝑuerit. verius tn̄ cre-
dit ꝙ mr̄i sue ante oēs appꝑuerit. Sz ad
euāgelistas hoc dicere nō ꝑtinuit. quo-
rum officiū fuit testes resurrectionis in

ducere. nec decuit ad testificādū pro fi-
lio mr̄em inducere. Si em̄ verba extra-
nearū feminaꝝ visa sunt incredulis de
lirmēta. quō non magis mr̄em ꝓ filij
amore crederēt ꝺlirasse. Et sic romana
sentire videt eccl'ia. que in p̄ma die post
resurrectionē scz i pasca apud btā3 ma-
riā maiorē celebrat stationē. qͣsi p̄ponēs
irl'm. i. virginē que vidit pacē p̄ alijs in
p̄ncipio leticie sue. Quocirca sicut pri-
ma die ad misericordiā suā apud sctām
mariā maiorē precurrimus. sic ⁊ ad ei⁹
honorē in dominicalibus ꝓcessionib⁹
p̄ma statio deputat. vt eā laudibus ex-
tollētes ⁊ ad eius oratoriū festināτes cū
sponso dicere videamur. Vadā ad mō
tem mirre. ⁊ ad collē thuris. Mons qͥ-
dem est ip̄a btā virgo. ad quā fili⁹ resur
gens vadit appꝑēdo. ⁊ nos adorādo. Po
stremo notāduz est ꝙ in qͥbusdā eccl'ijs
post ꝓcessionē oēs clerici ante crucifi-
xū veniūt inclināτes illi ⁊ dicētes. Aue
rex noster bn̄dictus. Sed ⁊ qͥ plumalia
⁊ alias solēnes vestes portarūt ante al-
tare illas deponūt. p̄mo ad rep̄sītādum
ꝙ filij hebreoꝝ sternebāt vestimēta sua
in via ante xp̄m in ꝓcessione sibi hieru
salē veniēti facta. Scꝺo ad ostēdenduz
ꝙ diuino vacaturi officio oīa mūdana
a mentibus abijcere debent.

De confessione

Riusquam sacer
p dos vel ep̄us grad⁹ altaris ascē-
dat. ⁊ anteꝗ sacrum ordiat offi-
ciū. ad seip̄m reuertēs inclinat se an̄ al-
tare. significās xp̄i exinanitionē qͥ incli
nauit celos ⁊ descēdit. cū se formā serui
accipiēs exinaniuit. Et cōsiderās ꝙ si-
cut dicit salomon. iustus in p̄ncipio ser
monis accusator est sui. ꝯfisus etiā ꝺ il-
la ꝓphetica ꝯsolatōe. Dixi cōfitebor. ⁊
tu re. ⁊c. De peccatis suis cum astātib⁹
generaliter cōfitetur. psalmū illū p̄mit-
tens ex instītutō e celestini pape p̄mi ri

te ad hoc ꝯuenientē. Judica me deꝰ ⁊c̄.
vt discretus a gente non sācta ⁊ ab ho-
mine liberatus iniquo ad altare dei di
gnus introeat. Petit em̄ liberari a tem
ptatione. ⁊ illuminari a gr̄a. vt ptꝫ in ip
so psalmo. Petit etiā a deo vt det ei q̄ꝺ
offerat. s. filiū suuꝫ. quē nisi ei daret ꝓut
abrae dedit nō haberet q̄ offerret. Fit ḡ
ꝯfessio vt purior sit ⁊ sine macula ingre
diat̄. in q̄ notādū est. q2 nō vt quidā mi-
nus ꝓuide faciāt in specie. n e cauterizē
tur ꝯscie auditoꝝ, ꝫ in genere sunt ꝯfitē
da pctā qm̄ ista ꝯfessio nō est occulta ꝫ
maīfesta. Et nota ꝙ cū in templo salo-
monis dedicato sacerdotes dicerēt. Cō
fitemini dn̄o qm̄ bonus. qm̄ in se. mi. eiꝰ
Nebula impleuit domū dn̄i ⁊ obūbra-
uit facies sacerdotū. ita ꝙ se inuicē vide
re nō poterāt. Et ait salomō. Dixit dn̄s
ꝙ inhabitaret in nebula. dixit. i. opeꝛ de-
mōstrauit. qm̄ i mōte synai apꝑuit i ne-
bula. isrl̄ in nube p̄cessit. ⁊ an̄ moysen i
caverna positū trāsiuit in nebula. Per
cutimꝰ aūt pectꝰ cum pctā ꝯfitemur. exē
plo publicani q̄ pectus suuꝫ ꝑcutiebat
dicēs. Dn̄e ꝓpitiꝰ esto mihi pctōri. In
tūsione quidē pectoris tria sūt. ictus. so
nus ⁊ tactꝰ. ꝑ que significant̄ tria q̄ sūt
in vera pn̄ia necessaria. videlicet cordis
cōtritio, oris ꝯfessio. ⁊ opis satisfactō. q2
in tribus peccamus. s. corde ore ⁊ opere
Deinde ꝓ circūstantibꝰ orat. indulgēti
am pctōꝝ implorās, Nā xp̄s de secreto
pr̄is in mundū veniēs. de vtero v̄ginā-
li ꝓcedēs. patribꝰ suspiria multiplican-
tibus ꝓ nobis passurus irl̄m introiuit, i
mortē se inclinauit. cām suā ꝯtra hoīeꝫ
dolosū ⁊ iniquū deo cōmittēs ⁊ pr̄i ꝯfes
sionē fecit dicēs. Cōfitebor tibi pr̄ celi.
Ipe q̄ꝫ nobis indulgeas ꝓprio corpore
pctā nr̄a portauit. Sane pōtifici factu-
ro ꝯfessionē subdyaconꝰ manipulū co-
rā altari immittit. Primo ād notāduꝫ
ꝙ ꝯcessa tpalia ꝑ manuū alienā. puta sb̄
dyaconi vel alteriꝰ. ⁊ nō ꝑ ꝓpriā recipe ⁊
admistrare debet. Scd̄o ad designādū
ꝙ nō sufficit oris ꝯfessio nisi ⁊ boni ope
ris fructꝰ ꝑ manipulū designatꝰ sequat̄
Tertio vt vidēs se inferioris misterij or
namēto ornari aīo hūiliet̄. Kursus idō
pōtifex post acceptā casulā ⁊ nō an̄ ma
nipulū recipit. q2 xp̄s cuiꝰ tipū gerit nō
p̄us manipulū os operum qui per ma
nipulum ipsum designantur obtulit. q̄ꝫ
celestē haberet ꝯuersatōꝫ q̄ ꝑ causulā fi
gurat̄. ꝓut i ꝑte. iij. sub dalmatica dictū
est. Sacerdos v̄o ecōtra an̄ indutā casu
lā manipulū sumit. qm̄ celestē ꝯuersati
onē adipisci neq̄t. nisi p̄us sctōꝝ operū
manipulos ꝑortet. Adhuc pōtifex post
q̄ꝫ ad altare ꝑuenit maīpulū recipit ad
notandū ꝙ tūc demū bonoꝝ opeꝝ effe
ctiuū p̄miū ꝑcipiemꝰ cū ad eterni tribu
nal iudicis ꝑueñiemꝰ. Sacerdos aūt dū
facit cōfessionē ⁊ etiā sepe in misse offi-
cio manꝰ iungit. q̄ manuū iunctōes de
uotionē significat. Et q2 illa in aliq̄ est
maior ⁊ i aliq̄ mior. idō certꝰ manuū iū-
ctionū nō ē nūerꝰ det̄minatꝰ. Kursus sa
cerdotꝫ manuū iūctio sig̃t oim̄ bonoꝝ
deo fluentiū in ip̄o vnitatē ⁊ cōiunctōꝫ
⁊ q2 infinita bona infinitis ⁊ indetermi
natis modis p̄sit a deo ꝓcedere. idō ma
nuū iunctōis sacerdotis numerꝰ deter-
minatꝰ nō est. Inclinatōes v̄o sacerdo
tis in officio misse f̄m morem q̄rundaꝫ
eccl̄iaꝝ sub certo nūero ꝯstrigūt̄. qm̄ re-
gulariter octo vicibꝰ ꝓfunde corā alta-
ri. ⁊ tredecim vicibꝰ mediocriter supra
altare inclinat. octo ꝓfundas inclinati
ones an̄ altare facit ad referēdas grās
ipi xp̄o de octo p̄ncipalibꝰ q̄ egit an̄ sui
imolationē quā sacerdos in officio figu
rat altaris. Primū fuit admirabilis i
carnatio. scd̄m fuit discipuloꝝ gratuita
vocatio. Tertiū demonis in tēptatōibꝰ
supatio. Quartū miraculoꝝ opatio. q̄n
tū infirmoꝝ sanatio. sextū mortuoꝝ re-
suscitatio. septimū oīm questionū ei ꝓ
positarum per suā sapientiā determina

tio. octanū salubris pplo℞ institutio. ⁊ quecunq̃ ante sui imolationē egit. Ad hocto ꝭm Bern. reduci videntˀ. Tredecim vero inclinationes mediocriter facit supra altare. q꞉ christus tredecim p̄ncipalia fecit in ara crucis. sumendo arā crucis pro toto tp̄e sue passionis. que q̄dē incepit in hora captionis Primum fuit iude ꝓditoris discreta redargutio: dicens. Juda osculo filiū hois tradis. Scōm fuit ip̄m capturis sui p̄bitio dicēs eis. Quē q̄ritis. Qui responderunt Jesum nazarenū. Quibus respondit. ego sum. Tertiū falsis testibus ⁊ regibus mā̄sueta responsio. Quartū sputorū ⁊ verborū sine murmuratione toleratio. Quintū in his que vidit ⁊ audiuit nulla sibi data perturbatio. Sextū discipuli eū ter negantis culpe condonatio. Alia vero septē enumerat Amb. ab eo in ligno crucis facta dicēs. Actor p̄ietatis in cruce pendēs officia diuidebat. ꝑsecutionē apostolis pacē discipulˀ corpus iudeis. sp̄m patri. paranimphū virgini. paradisū latroni. ⁊ infernū peccatori. Oscula quoq̃ sub certo numero fiūt ꝓut dicetˀ in q̄rta ꝑticula canonis.

De incenso benedicendo ⁊ in thuribulum mittendo.

Post factā confessionē ⁊ datā absolutionē pontifex vel sacerdos p̄uſq̃ dicat. Deus tu ꝯuersus ⁊c. incēsum cū benedictione in thuribulo apponit rep̄ntās q̄ legalis sacerdos ferēs sanguinē ⁊ carbones cū thimiamate in thuribulo orans ponebat. donec fumus eū obumbraret ꝓut dictū est in ꝓhemio hui⁹ ꝑtˀ. Per hoc etiā illud insinuās q̄ angelus venit ⁊ ante altare stetit. hn̄s thuribulū aureum in manu sua. qd̄ impleuit d̄ igne altaris. ⁊ data sunt ei incēsa multa. vt daret de oꝛonibus sancto℞. Sane angelus est xp̄s. thuribulū aureū corpus imaculatū. altare eccl̄ia. ignis charitas. incensum oratio. ꝭm illud ꝓpheticū. Dirigatˀ oꝛo mea sicut incensū in cōspectu tuo. Venit ergo angelus. i. xp̄s q̄ stetit ante altare. i. in ꝯspectu ecclesie hn̄s thuribulū aureū. id est corpus imaculatū plenū igne. i. charitate. ⁊ data sunt ei. scʒ a fidelibus incēsa multa. i. oꝛones. vt daret. i. rep̄sentaret eas patri de oꝛonibus sancto℞. Et nota quia non dicit oꝛones xp̄s enī non oēs oꝛones exaudit. sed dicit de oꝛonibus de illis videlicet q̄ pertinēt ad salutē. Vn̄ cum paulus ter dn̄m rogasset vt ab eo stimulū carnis auferret. rn̄dit ei dn̄s. sufficit tibi gr̄a mea. nā virtus in infirmitate ꝑficitˀ. Ep̄s ergo vl̄ sacerdos thus in thuribulo apponit q꞉ xp̄s oꝛones inspirat in aīo vt ꝑ ip̄m offeratˀ incensum in odorē suauitatˀ. Sacerdos aūt minister incēsum rep̄sentat episcopo vel dyaconus sacerdoti q꞉ lex illud p̄ciosum thimiama cōfecit qd̄ in odorē suauitatis altissimo offerret. de q̄ dn̄s subdit in Exo. xxx. c. Talē cōfectionē nō facietis in vsus vr̄os. q꞉ sanctū ē dn̄o ⁊ hō quicunq̃ fecerit simile ⁊ odore illius ꝑfruatˀ. ꝑibit de ppl̄is suis. Et ex hoc verbo fuerūt q̄ dicerēt q̄ si oblato thure ⁊ bn̄dicto suꝑ altare. thuribulū descēdat ab altari ad clericos vel laicos. tunc aliud ibi thus sine bn̄dictiōe apponendū est. ⁊ oibus tā clericis q̄ȝ laicis offerēdū tanq̃ illud spectet ad latriā istud ad duliā. Melius tn̄ ꝭm sp̄m q̄ȝ ꝭm litterā intelligitur. Nā littera occidit. spiritus viuificat. Et ꝓpter premissam etiā causam odor thuris benedicti non datˀ in ecclesia sponso ⁊ spōse. Per cōcremationem vero thuris significatˀ q̄ sacerdos orationē feruentē ⁊ deuotā debet habere. Thus enī virtutē hʒ ascēndendi ex fumi leuitate. consolidandi ex sui qualitate. constringendi ex glutinitate. confortandi ex aromaticitate. Sic oꝛo ascendit i dei mēoꝛiā. aīaʒ ꝯsolidat

ꝗtum ad culpā pteritā ipetrādo mede-
lam. ⁊ constringit ꝗtū ad ꝯmittendā li
centiā. ⁊ ꝯfortat ꝗtū ad pn̄tem ipetran
do tutelā. De q̄ etiā dictū ē sub ti. de ac
cessu pontifi. ad alta. ⁊ dicetur sub ti. de
thurificatiōe. Nauicula vo in q̄ incen-
sum reponit designat ꝙ ꝑ orōnem quā
incensum sig̃t. de hui⁹ mūdi mari mag̃
⁊ spacioso ad celestē pr̄iam satagimus
nauigare. Vn̄ in Prouer. Facta ē q̄si
nauis institoris portās de lōge panē suū
Pōt etiā dici ꝙ ꝑ thuribulū cor hois.
ꝑ ignē feruor deuotiōis. ꝑ incēsum orō
nes. ꝑ nauiculā eccia. i qua deuote orō
nes offerunt. q̄ ꝑ angelū ad deū pferun
tur signat. Vascula q̄bus ignis recipi-
tur sunt filij q̄ corda patꝝ pietate fluen-
tia imitant ⁊ flammā celestis sacrificij
quā in ꝓrimoꝝ mētibus aspiciūt in su
is accēdere satagūt. Instrumēta vo q̄-
bus ignis ad altare portat sunt p̄dicato
res q̄ exemplo sctōꝝ caritatis ignē por
tant. ⁊ in corda fideliū trāsferūt q̄ corda
patꝝ in filios ꝯuertūt. Thuribulū āt q̄d
significet dicet sb ti. de thurificatione.

De Osculo altaris ⁊ libri.

Post immissum in thuribulo incēsuȝ sacerdos seu
eps̄ dicto. de⁹ tu cōuersus ⁊c. sa-
crum osculat altare. vt notet pacificatō
cū iudeis. ⁊ ad designandū ꝙ xp̄us ad
nos veniēs. sanctā sibi copulauit eccle-
siam. iuxta illō epitalamicū. osculetur
me osculo oris sui. In osculo siq̄dē os
ori cōiungit. ⁊ in xp̄o nō solū hūanitas
est vnita diuinitati. veꝝ etiā spōsa copu
lata est spōso. iuxta illō ꝓpheticū. Qua
si sponsam decorauit me corona ⁊ qua
si sponsam ornauit me monilib⁹. Rur-
sus qn̄ ꝓphetalis vsus introitus a can
tore incipit. sacerdos ad altare ascēdēs
illō osculat. q2 ꝓphetaꝝ testimonio xp̄s
venit in mundū ⁊ ad passionē altaris.
Quotiēs āt in offitio misse osculet alta
re ⁊ i qua pte ei⁹ oscula fiāt. ⁊ q̄re mani
bus supra illud depositis. ⁊ q̄re sig̃ cru
cis in locis osculādis p̄us impsso. dice
tur sub. iiij. pticula canōis. In h̄ āt loco
altare sig̃t ppl'm iudaicū. codex vo euā
gelij siue euangeliuȝ ppl'm gentilē q̄ ꝑ
euāgeliū credidit. Idō ḡ eps̄ vel sacer-
dos euangeliū ⁊ altare osculat. q2 xp̄us
vtriq3 dedit pacē. qn̄ lapis angularꝭ fa-
ctus fecit vtraq3 vnū. Pōt etiaȝ dici ꝙ
subdiacon⁹ libꝝ euāgelij q̄ clausus por
tabat offert ep̄o vel sacerdoti. ille vo ad
altare ꝑueniēs illū apit ad insinnandū
illud qō in Apoc. describit. ꝙ nemo di
gnus est apire libꝝ q̄ intus erat script⁹
⁊ foris sigillis septeȝ signatus. nisi leo
de tribu iuda clauis dauid. q̄ libꝝ ape-
ruit ⁊ septē eius signacula soluit. Per
altare vo eccia sig̃t. iuxta illō Exo. Si
altare lapideū feceris mihi nō edificab
illud de sectis lapidib⁹. Per sectioneȝ
lapidū in altari diuisionē fideliū repro
bat in eccia ne vicȝ ꝑ errores ⁊ scismata
diuidant. Liber ḡ aperit cū eps̄ ad al-
tare ꝑuenit. qm̄ vbi xp̄s p̄mitiuā apl'o-
rum ꝯgregauit ecciam docēs ⁊ p̄dicās
scripture mysteria reuelauit dicens. vo
bis datū est nosse mysteriū regni dei. ce
teris āt in ꝑabolis. Vn̄ post resurrecti-
onem aperuit illis sensum vt intellige-
rent scripturas. Rectius igit facit ep̄us
cū ip̄emet apit libꝝ euāgelioꝝ. lȝ ⁊ xp̄s
ꝑ mistros suos patefecerit misteria scri
pturaꝝ. Libro vo apto illū osculat a ꝑ-
te sinistra ad significandū ꝙ p̄dicatores
recōciliauerūt ⁊ obtulerūt gētes cristo.
q̄bus ip̄e ꝑ se nō p̄dicauit. lȝ ⁊ ip̄e per se
pacē in euāgelio p̄dicauerit dicēs. Pa-
cem meā do vobis ⁊c. Quia vo ip̄e eti
am in cruce pendēs pacē fecit idō mox
transitur⁹ ad dextꝝ cornu altaris sig̃t se
signo crucis. q2 vt ait apl's ad Eph. Cri
stus pax nr̄a vtraq3 fecit vnū. duos ⁊ di
uersos ꝑietes. i. ppl'os copulās. Post h̄
codex euangelij sup altare clausus po-

nit.qđ ꝯtū ad h̄ sig̃t hierl'm ꝓut sb̄ euā
gel'.dicet.Deinde romanꝰ pōtifex ⁊ eti
am alij q̄dā ꝯuersus osculat̄ dyaconos
vt oñdat pacē illā in aduentu xp̄i venis
se quā ꝓphe ꝓmiserāt.vñ Dauid.Orie
tur in diebus eius iusticia ⁊ abūdantia
pacis donec auferat̄ luna.Et aliꝰ ꝓpha
Pax erit i terra nr̄a cū venerit.Et ideo
xp̄o nascēte vox itonuit angeloꝝ.Et in
terra pax ho.bo.v.Osculū eñ q̄ñq₃ pa-
cē significat. ꝓut dicet̄ sub ti. de osculo
pacis.Dyaconus v̄o statim se inclinās
osculat̄ pectus eius.designans ꝙ in spi
ratōe diuina ꝓphe pacē p̄dixere futurā
Nā et Johānes sup̄ pectꝰ dñi recūbēs
euangelij fluēta de ipso sacro dñici pec
toris fonte potauit. In nōnullis v̄o ec
clesijs ep̄s p̄mū osculat̄ ministros.po-
stea altare.deinde euāgeliū.qm̄ xp̄s pri
mū recōciliauit sibi apl'os. postea iude
os.deinde gētiles.In q̄busdā etiā loc̄
offert osculū pacis cātoribꝰ q̄si retrorsū
implēs illud.Pacē meā do vobis.pacē
m.re.vo.Dat q̄dē p̄ntibꝰ.relinq̄t absen
tibus.Nec añ osculū cātores dicūt glo
ria pr̄i. q₂ fides trinitatis nō añ claruit
ꝙ̄ se dñs inclinauit.⁊ nos recōciliauit.⁊
trinitatē p̄ apl'os p̄dicari mandauit.Et
iō osculo dato ep̄s innuit eis vt dicant
Gloria pr̄i ⁊ fi. ⁊ s.s.Sic̄ erat in p̄n. ⁊c̄.
Ecce q̄d cantor annūciat.s. ꝙ corda pa
trū ꝯuertant̄ in filios.Abraā tres vidit.
⁊ vnū adorauit.Sic op₃ nos filios eiꝰ
credere trinitatē in vnitate.Post data₃
ḡ pacē cantor dat sctē trinitati gl'ia₃. q.
d.Referimꝰ gl'iam deo pr̄i et filio ⁊ spi-
ritui sctō.q₂ pacē quā ꝓphetauit p̄ sctōs
suos ꝓphetas nobis in nouissimis tp̄i-
bus dignatus est oñdere. Qñ v̄o dicit
Sicut erat in p̄ncipio. dyaconi ad alta
re ꝓcedūt ⁊ iterū reuertunt̄ ad ep̄m.In
q̄ figurat̄.ꝙ iō apl'i se morti tradiderūt:
vt corpi xp̄i adunarent̄.Priꝰ aūt steterit
cū ep̄o añ altare inclinati.ꝫ cū v̄sus ip̄e
incipitur se erigunt. q₂ chorus sanctoꝝ
martyꝝ añ nouissimā tribulatōz i ꝯual-
le lacrimaꝝ manet Postea v̄o martirio
coronati erecti stabunt liberati et securi
an dñm sp̄.Osculo aūt dato rursus dy
aconi cū pontifice orant.q.d.Dñe doce
orare.In q̄busdā etiā eccl'ijs dyaconi bi
ni et bini latera altaris altrinsecus siue
alternatim osculant̄.eo ꝙ dñs apl'os bi
nos misit ad p̄dicandū di. eis. In quā-
cūq₃ domū intraueritis dicite.pax huic
domui.qui reuersi sunt ad xp̄m.sic dy-
acones reuertuntur ad ep̄m.

De Thurificatione

POst datum oscu
lū ep̄s seu sacerdos accipiens
de manu dyaconi thuribulu₃
sacrū incensat altare.q₂ xp̄s corpꝰ assu-
mēs de genere ꝓphetaꝝ factus ex semi
ne dauid s̄m carne₃ suis orōnibꝰ fouet
ecciam s̄m qđ orat in euang̃l.pater san
cte ego ꝓ eis rogo ⁊ non ꝓ eis tm̄.ꝫ ⁊ ꝓ
illis qui credituri sunt p̄ verbū eoꝝ.Qn
aūt dyaconus postea thuribulū accipit
vt incenset ep̄m vel sacerdotē moraliter
instruit ꝙ si digne volumus incensum
orōnis offerre.thuribulū incarnatōnis
debemus tenere.Nā sine fide mediato
ris hoies deo placere nō p̄nt.ꝫ iux̄ v̄bū
ꝓmissiōis ip̄ius.si quid petierint i orō-
ne credentes accipient. Per thuribulū
eñ verbū accipit̄ incarnatum. Nam si
cut in thuribulo pars superior et inferi
or tribus cathenulis vniuntur.ita i xp̄o
tres sunt vniones.quibus diuitas ⁊ hu
manitas vniuntur.vnio carnis ad aīa₃
vnio diuinitatis ad carnē.et vnio diui-
nitatis ad animam.Quida₃ aūt quar-
tam vnionem assignant. vic₃ diuinitat̄
ad cōpositum simul ex anima et carne
Unde et queda₃ thuribula quatuor ca
thenulas habent. De hoc aūt thuribu-
lo moyses inquit specialiter ad aaron.
Tolle thuribulū et hausto igni de alta-
ri.mitte icensum desup̄.Est et alia i thu

ribūlo consideratio. ꝓut in ti. de acces-
su pontific ad altare dictū est. Rursus
ideo thurificato altari eps vel sacerdos
thurificat. ad significandū ꝙ sicut chri-
stus est altare et hostia. sic est pontifex
et sacerdos. cui est orōnis sacrificiuz of-
ferendū. Qr vero adoratur non solū in
ꝗtum deus ſ; etiam inꝗtuz homo. Idō
in quibusdā ecclijs pontifice thurifica-
to. altare a dyacono circūcirca thurifi-
catur. vnde ps̄. Circūdabo altare tuum
dn̄e. Sane thuribulū aureuz significat
sapientiā. qr omnes thezauri sapientie ⁊
scientie dei i ea fuerunt absconditi. Vn̄
stetit angelus iuxta aram templi habēs
thuribulū aureū in manu sua. i. christ⁹
resurgens carnē habuit in potestate. Ar
genteum significat christi carnē ab om
ni labe mundā ⁊ mundicia renitentem
Cuprū fragilem et mortalē. Ferreū re-
surgentis fortitudinē. Si quatuor ha-
bet cathenulas demōstrat eā ex quatu-
or elementis constare. vel quatuor vtu
tibus. s. iusticia. prudētia. fortitudine et
temperātia decorari. Quinta q̄ partes
diuidit. animā designat que se in morte
a carne i illo triduo sepauit. Si vo tres
habet cathenulas figurat animā carnez
et verbum in vna ꝯuenire ꝑsona. Quar
ta que partes sepat. potestas est q̄ aiam
suā posuit pro ouibus suis. Si vna tm̄
cathenula sustētatur. designat ꝙ solus
de virgine generatur. qđꝗ solus ē inter
mortuos liber. Circul⁹ cui hec oīa inne
ctunt ē deitas q̄ nullo termio claudit. a
q̄ hec oīa ꝯtinent ⁊ opant. Preter misti
cā etiā rōnem ob h altare icensat vt oīs
ab eo neq̄cia demonū ꝓpellat. Fumus
ei incensi valere credit ad demōes effu-
gādos. vn̄ cū Thobias iterrogasset an-
gelū q̄t remedia hn̄t ea q̄ de pisce ius-
serat obseruari. rn̄dit. cordis eius ꝑticu
lā si sup carbonas ponas. fum⁹ ei⁹ om̄e
demōiorꝫ gen⁹ extricat. Sother papa
statuit ne moniales incensum circa al-
taria ferant.

Qualiter eps et sacerdos et ministri
ad altare stare debent.

Thurificatōne ꝑ
acta epus vel sacerdos ad de-
xtrā altaris partez se transfert.
ibi vnacū ministris plane officiū ⁊ kyri
heleyson dicēs. Qui trāsitus de medio
altaris ad dextrā ꝑtē significat xp̄i trāsi
tū de passiōe ꝑ resurrectōez ad vitā eter
nā. Itē a leua transiēs in dextrā iinitat
xp̄m ingredientē mundū. leuā em̄ teti-
git xp̄s qn̄ tpalē assumpsit vitam. ad de
xtrā iuit. qn̄ carnē assumptam ad dei de
xtrā eleuauit. Rursus ꝑ hoc ꝙ accedēs
ad altare prius dextrā illius ꝑtē petit. i-
nuit ꝙ emanuel in lege ꝓmissus prius
venit ad iudeos q̄ꝫ ad gentes. Iudei ei
tūc ꝓpter legē in dextra ꝑte fuerūt. gen-
tes vo q̄si in sinistra. qr ydola colebant
Sacerdos ergo vestibus sacris ornat⁹:
xp̄m carnē nr̄e humanitatis vestitū si-
gnificat veniens ad altare xp̄m de celis
venisse ad populū vt eū saluaret desig̃t
Deinde in dextrā transiēs desig̃t ꝙ xp̄s
in mūdū veniens venit ad iudeos de q̄
bus voluit nasci. Beata em̄ Maria iu-
dea fuit. De hoc trāsitu dicet sub ti. de
mutatione sacerdotis ⁊ de oratōne. Et
nota ꝙ licet dn̄o papa celebrāti vel mis
sam audienti legat a capellanis suis in
introit⁹ et kyri heleyso n ⁊ gloria i excel.
⁊ credo. et sanct⁹ ⁊ agnus. non tm̄ grad.
vel alleluia vel tract⁹ vel offertoriū vl' p⁹
cōio. pro eo ꝙ illa instructoria sunt ⁊ in
troductoria. q̄bus ipse non eget. Illud
aūt notanduz est ꝙ sacerdos stat erect⁹
an̄ altare. ad notandū ꝙ xp̄s venit suos
regere inuincibili doctrina. ⁊ respic ver
sus orientē. qr christus nō suā ſ; p̄ris vo
luntatē q̄siuit. nec respicit retrorsum. tū
quia christus semp patris faciē intuet.
iuxta illud. Scio vnde venio ⁊ quo va
do. tum quia nemo mittens manū ad

aratrum ꝛ respiciens retro aptus est re
gno dei.immo ad populū dorsum ver
tit.rep̄resentans ꝙ dñs ait ad Moysen
Videbis posteriora mea. faciē aūt me
am videre nō poteris. Exo.xxxiij. Epi
aūt et supiores celebrātes nō añ altare.
ꝫ remoti ab illo ad dextrū eius lat⁹ vsqꝫ
post dictū offertoriū manēt.Qđ fit pri
mo ad repñtandū ꝙ ex latere xp̄i q̇ p al
tare significat̄.iniciū nr̄e redēptōis fuit
Scđo fit ħ ñ solū ad maiorē solēnitat
vt p ħ a minorib⁹ sacerdotib⁹ decernāt̄.
verꝫ etiaꝫ fit ħ qꝛ ipsi in missa repñtant
nō solū xp̄i dignitatē ꝛ excellentiā ante
eius oblationē.verū etiā humilitateꝫ et
obedientiā in ipsa sui oblatione ꝛ cōse
cratione.Siq̇dem xp̄s q̄tum ad sui di
gnitatē est p̄ri equalis.et sedet a dextris
dei p̄ris.ꝓut in simbulo legit̄.qđ repñ
tat p̄latus stans añ oblationē ad dextrā
altaris. In sui vero oblatōe xp̄s ꝓ nob
factus ē hostia.et ideo prelat⁹ ei⁹ vices
gerens extūc ip̄i altari qđ arā crucis in
sinuat.dꝫ totaliter inherere.Tercio qm̄
p̄latoꝝ actus eē dñt subdit̄ ad doctrinā
iō vsqꝫ tūc manet ab altari separ⁹.ꝛ ex
tūc ad man⁹ lauādū ꝛ thurificādū ꝛ sacri
ficādū ad altare accedit vt oñdat q̄cūqꝫ
i missa p̄cedūt solēnitates ꝛ laudes eē.ꝫ
tunc demū ad eēntialia seu substantia
lia p̄agenda accedit.Quarto in hoc re
pñtat ꝙ legalis pontifex intrans sancta
sanctoꝝ carbones ferebat et sanguineꝫ
ꝓut tactum est in ꝓhemio huius p̄tis.
Quinto fit hoc ad repñtandū qđ ait ꝓ
pheta.Dixit dñs dño meo sede a dextr̄
meis.Donec ponaꝫ inimicos tuos sca
bellum pedū tuorum. Sacerdos q̇deꝫ
christum repñtans sedet a dextris alta
ris.deum patreꝫ in hoc loco signantis.
donec ad consecrandū hostiaꝫ accedat.
per quā fracta sunt tartara et inimici de
mones deuicti.et quasi scabelluꝫ pedū
positi.Ministri vero scꝫ dyacon⁹ ꝛ sub
dyaconus retro illum ad altare stant.q̇
tamē in veniendo precesserunt.signtes
martyres qui in ve.test.fuerunt.et tamē
post dñi natiuitatem digne coronantur
Et ad quācunqꝫ altaris p̄tem ille transi
erit ip̄m retro stantes sequunt̄ vt oñdāt
impletū esse qđ dñs ammonuit dicens
Qui mihi ministrat me sequatur ꝛ vbi
ego sum ꝛc̄. Intendētes semp atqꝫ soli
cite in il ū.ad notandū ꝙ fideles q̄uis
adhuc in hac vita positi.tamē eternita
ti christi semper intendūt. In q̇busdaꝫ
etiam ecclesijs illo se vertente ad pp̄lm
illi simliter severtunt.et illo se ꝯuertēte
ad altare se similiter ꝯuertūt.nā xp̄s ab
orone ad p̄dicatōem.aliqñ vero ecōuer
so dū viueret se ꝯuertit.qđ designat ver
sio ad pp̄lm ꝛ cōuersio ad altare. In q̇
q̇dem imitandus ē a p̄ dicatorib⁹ q̇ per
ministros ipsos cōgrue designantur.

Anacletus papa statuit ꝙ ep̄us deo
sacrificans secum testes habeat dyaco
nos qui oculi eius dicunt̄.ꝛ subdyaco
nos.reliquosqꝫ ministros.qui sacris in
duti vestib⁹.in fronte.i.anteꝛ a tergo.ꝛ
p̄sb̄r eregione.i.a p̄te dextra leuaqꝫ con
trito corde et hūiliato spū ac ꝓno stent
vultu.custodiētes eos a maliuol̄ hoib⁹
at cōsensum p̄stantes sacrificio. Et fm
Luciū papā eum nō deserant.qꝛ ꝓpter
maliuolos opꝫtet illū hr̄e bonū testimo
niū ab his q̇ foris sunt. Statutū est eti
am vt celebrās missam habeat a tergo
vicini solaminis adiutorē.ꝓut dictū est
in ꝓhemio hui⁹ p̄tis.et iō in quibusdā
eccl̄ijs aliq̇ diaconi stāt post ep̄m quasi
orātes vt eū sequāt̄ vsqꝫ ad mortē et cū
cū eo trāseant ad vitā eternā. Maior th̄
p̄s i dextra p̄te morat̄ altar̄ ꝛ minor i si
nistra.qꝛ vtrūqꝫ petit eccl̄a.s.ꝛ tp̄alē bñ
dictōnem ꝛ eternā.vt ibi.sic trāseam⁹ p
bona tp̄alia vt nō amittam⁹ eterna.Ce
terū dicti ministri retro stantes inclina
ti ante facies suas.vsqꝫ in finē dñice orō
nis p̄seuerant. significātes illos ap̄l̄os.
qui in passione dñi magna tribulatōne

opp̄ssi nō audebāt se erigere vt xp̄i disci
pulos se esse confiterent. stabāt tñ in fa
cie fidei. ꝫ postea erigunt. sic̄ dicet sub
xj. ꝑticula canonis sub v̄bo. nobis q̄ꝫ. si
gnantes etiā choꝝ sctōꝝ martyꝝ in cō
ualle lacrimaꝝ añ nouissimā tribulatio
nē manētiū. Postea erigunt. qꝛ illi po
stea martyrio coronati stant erecti. i. ab
om̄i tribulatōne liberati. Adhuc stātes
facie inclinati significant mulieres q̄ de ce
naculo ad monumentū vultibus decli
natis currebant in xp̄i amore ardentes
Sane sacerdos mister inter moras pul
uinar molle missali supponit. ad notā
dū q̄ deuotū et molle coꝛ ꝛ qd̄ facile di
uinā impssionē recipiat. supponi dꝫ iu
go dn̄i ꝛ celestiū ꝓceptoꝝ. iuxta illud sa
pientis. Suscipiat verba mea coꝛ tuuꝫ
ꝛc. vt in eo sp̄us dn̄i requiescat. De hoc
etiam sub euangelio dicetur.

De Kyri heleyson.

TRanslato in de
xtrā altaris ptēꝫ ep̄o seu sacer
dote deinde. qꝛ tp̄s plenitudi
nis et annus benignitatis aduenit. sic̄
ꝓdictū fuit a psalmista. Tu exurgēs mi
sereberis syon qꝛ ve. tp̄s mi. eius. Con
grue chorus laudat ꝛ inuocat trinitatē
replicando kyri heleyson. Jō aūt post
introitū dꝫ kyri heleyson. qꝛ añ oēs orō
nem sacerdotū necesse ē misc̄diam dn̄i
implorare. Siqdem kyri heleyson gre
ce interp̄tatur dn̄e miserere. Nā kyri so
nat dn̄e. heleyson miserere. Et inde xp̄e
heleyson. i. xp̄e miserere. Vel kyri xp̄e.
el deus. eys miserere. son nobis. Jn ky
ri heleyson. i. o xp̄e deus miserere nob.
vñ p̄ph. Dn̄e miserere nobis te em̄ expe
ctauim⁹. Dicitur autē nonies. Primo
vt ordo decimus ex hominibus repat⁹
nouē associetur ordinibus angeloꝝum
Secūdo vt eccia ꝑueniat ad societatem
nouē ordinū angeloꝝū. Tercio ꝫ nouē
genera peccatorum. Est em̄ peccatū ori
ginale. veniale. ꝛ mortale. Jteꝫ peccatū
cogitationis. locutionis. et ꝑpetratio
nis. Jtem peccatuꝫ fragilitatis. simpli
citatis ꝛ malignitatis. Fragilitatis per
impotentiam. simplicitatis ꝑ ignoran
tiam. malignitatis ꝑ inuidiaꝫ. Hoc est
pctm̄ in patrē. pctm̄ in filiū. peccatuꝫ in
sp̄m̄sanctū. Adhuc ideo dicit ter ad pa
trem kyri heleyson. ter ad filiū xp̄e he
leyson. ꝛ ter ad sp̄m̄sanctum kyri heley
son. Sed ad patrem ꝛ ad spiritūsanctū
sub eodem tantū vocabulo. quia pater
et spiritussanctus sunt eiusdem tantuꝫ
nature. Ad filium vero sub alio. quia fi
lius et si sit eiusdē nature cum illis. est
tamē etiā alterius vt gemine gigas sub
substantie. Preterea ideo dꝛ ter c̄tū ad
patrē. ter c̄tum ad filiū. et ter c̄tum ad
sp̄m̄sanctū. vt notetur pater in filio ꝛ fi
lius i patre ꝛ spiritussctūs i vtroq̄. De
hoc dicet in quinta parte sub ti. de ꝑma
Sꝫ in medio mutat kyri in xp̄e vt note
tur duas eē naturas in xp̄o. Rursus ky
ri heleyson triplicatū significat ꝓces pa
trū ve. test. multiplicatas. ad hoc vt gr̄a
summe trinitatis ꝑ aduentū xp̄i eos cō
sociaret nouē agminibus angeloꝝ. Est
aūt magna v̄boꝝ istoꝝū efficacia. Legit
em̄ q̄ dum beatus Basilius kyri heley
son clamasset. poꝛte ticine siue papieñ.
eccie sunt aperte. Rursus cū beat⁹ Ge
mimanus Kyri heleyson clamaret q̄n
q̄ reges conuersi dicunt in fugaꝫ. Vn̄
forte significat aliud q̄ dn̄e miserere. qd̄
tñ nos ignoram⁹. Jn quibusdā eccl'ijs
statim post vltimum kyri heleyson su
biiciunt ymas. quod verbū grecū sonat
latine nobis. Et sensus ē kyri heleyson
ymas. i. potentia diuina miserere nob.
Et beatus Grego. instituit Kyri heley
son nonies. ꝛ a clero tantuꝫ publice in
missa cantari. qd̄ prius apud grecos sil'
a clero et populo cātabat. Siluester v̄o
papa illud de grecis assumpsit.

De Gloria in excelsis deo.

Dicto kyri heleison. mox sacerdos vel põtifex ex institutiõe Thelesphori pape inchoat hymnũ Glia in excelsis deo quē angeli auditi sunt decantare. sicut legit in euãg. Lu. qui angelorum hymnꝰ ꝓhibet testimoniũ tꝑali xp̄i natiuitati. Sane sacerdos ꝑmus et solus illuz inchoando ꝓnunciat q̄ angelũ magni cõsilij repñtat. Nã ortũ saluatoris solꝰ angelus cuiꝰ ꝑsonã ipse gerit primo nunciauit. vñ Lu. ij. Ecce euãgelizo vobis gau. magnũ qd̄ erit oi pplo qr hodie natus ꝛc. Et illũ inchoando stat añ mediũ altaris. in hoc ꝯmemorãs ꝙ dũ mediũ silentiũ tenerent oia natus ē in medio. id ē pro oĩbus messias quē ꝓphete ꝑdixerant. repñtans etiã qr angelus xp̄i natiuitatē pastoribus annũcias stetit i medio eorũ. Et incipiens eleuat manꝰ ꝓpt causas scriptas i sequẽti. ti. ad finē. Itē incipiẽs vertit se ad orientē. tũ qr angelus ab oriente venit in bethleē. tũ qr ad orientē dñm adorare solemus. Tercio inchoãs stat añ medium altaris. ad notandũ ꝙ xp̄s mediator fuit inter nos ꝛ deũ. ꝑ cuiꝰ mediationē deo pacificati sumꝰ. Chorꝰ vo cõcinẽdo rñdẽs gerit ꝑsonã multitudinis. de q̄ in euãg. sequitur. Subito facta ē cũ angelo multitudo celestis milicie lau. deũ ꝛ dicẽ. Glia in excelsis deo. ꝛ in terra pax hoibꝰ bone voluntatis. Hymnus aũt iste nõ tm̃ est angelorũ sed etiam hominũ cõgratulantiũ. ex eo ꝙ mulier ista q̄ dragmã ꝑdiderat decimã iam lucernam accẽderat vt dragmã ꝑditã inueniret. ꝛ pastor dimissis nonaginta ouibus in deserto. iam venerat vt q̄reret centesimam ouez amissam. Ante natiuitatem eñ Christi tres erãt inimiciciarum parietes. Primꝰ inter deũ ꝛ hominē. secũdus inter angelũ et hominē. tercius inter hoiem ꝛ hominē. Hõ nãqꝫ ꝑ inobedientiã creatorē offenderat. ꝛ ꝑ suũ casum restauratõem angelorũ impediuerat. atqꝫ ꝑ varios ritus se ab homine separauerat. Iudeꝰ nãqꝫ cerimonias excolebat. Gentilis idolatriã exercebat. Sed veniens pax nr̃a fecit vtraqꝫ vnũ. ꝛ hmõi ꝑietes destruxit Abstulit eñ pctm̃ ꝛ recõciliauit hoiem deo. repauit casum ꝛ recõciliauit hominem angelo. destruxit ritus ꝛ recõciliauit hoiem homi. Restaurauit ergo fm aplm Eph. j. que in celis ꝛ in terris sũt ꝛ ob hoc illa celestis militie multitudo psallebat. Gloria in excelsis deo. i. i angelis. qui nunqꝫ peccauerũt nec discordiam cũ deo habuerũt. et in terra pax a xp̄o facta. vicz iudeis ꝛ gentilibꝰ bone voluntatis. qui vsqꝫ ad christi natiuitatem ꝓpter pctã sua cũ deo ꝛ cũ angelis discordiam habuerunt. Hinc etiã est ꝙ angelus loquit et congaudet pastoribꝰ qr pax est inter angelos et homines reformata. nascitur deus hõ. qr pax est inter deum ꝛ hominē restaurata. nascit in ꝑsepio bouis et azini. qr pax ē inter homines ꝛ hoies reparata. ꝑ bouez eñ iudaicus. per azinũ gentilis ppl's figurat fm illud. Nõ arabis in boue ꝛ azino. i. iudeo. s. ꝛ gẽtili. Et iter. Cognouit bos possessorem suũ ꝛ azinus ꝑsepe dñi sui. Ideo q̄ canit hymnꝰ iste. qr quē venerãtur angeli i celis. homines venerant in terris. Per hoc q̄z ꝙ dr gloria in excel ꝛc. repñtat mesticia antiquorum patrũ ex tedio expectandi incarnatiõez dñi. Isa. xxviij. Expectate deũ ꝛc. Et ideo etiã cãtat alleluia. qr habebant spez liberatõis vñ ps. Sperauerunt ꝛ liberasti eos. In hoc q̄z hymno notat spes ecclie q̄ cũ angelis sperat se canere. Vñ tã illorum canticũ assumit. sequit. Laudamꝰ te. s. inenarrabilia opera tua ꝑdicando. Que vba et sequẽtia a beato Hilario pictauień. asseruntur apposita fuisse. ꝛ ꝑcedentia solum antiquitus dicebãt in missa. Innocentius tamen terciꝰ dixit illa a The

lesphoro papa addita fore. Alij vo ꝙ a
Symacho papa. Symachus papa cõ-
stituit tam in dñica die ꝗ in natalitijs
martyꝝ glia in excelsis ad missam cãta
ri. qꝛ sctõs ꝑ dñicã resurrectiõem glie
angeloꝝ sociatos eẽ recolit. Cantat em̃
in festis aplõꝝ ⁊ confessoꝝ in quoꝝ ho-
norẽ dedicata est q̃cunqꝫ eccia ⁊ genera
liter in festis q̃ nobis celestẽ solennita-
tẽ repñtant. In diebus vero luctus ⁊ ie
iunioꝝ nõ dr̃. pterqꝫ in duobus sabbat̃
specialibus mysterijs adornatis. iuxta
illud. Cantate dño canticũ nouuz. put
dictũ est in ꝓhemio huiꝰ ptis. Dictꝰ qꝫ
Thelesphorus papa p̃cepit illũ cãtari
ad missam nocturnã natalis dñi quaz ⁊
ipse instituit. Quidam dicũt non eẽ cã
tandũ in missa nisi in hora tercia. qꝛ tũc
spũssanctus sup aplõs descendit. ⁊ eos
gloria et exultatõne repleuit. Inno. iij.
statuit vt qñ in diebus profestis celebra
tur in honorẽ beate virginis vel spũsscti
vel sancte crucis. nec hymnus angelicꝰ
nec symbolũ dicat. nec etiaz Te deum
laudamus in laudibus matutinis. In
aduentu vero vel in septuagesima non
canitur. prout in septima pte sub ti. de
de septẽ diebus post pasca dicet. Eps
tamen bethleemitanus ex abusu omni
die et in omni missa etiã pro defunctis
gloria in excelsis decantat ꝓ eo ꝙ hym
nus ille Luca testante primo in bethle
emitana regione cantatus est.

De Salutatione ad populũ

Angelico hym-
no finito sacerdos ad populũ
se voluens illũ salutat dicẽs.
Dñs vobiscum. qđ sumptum est de li-
bro Ruth. ij. Sic ei legit Booz salutas
se messores suos. Et ꝓpheta in Paral.
Aza regẽ et qui cũ eo erant. Et angelꝰ
salutans Gedeonẽ. dixit. dñs tecũ. Bo
oz quidẽ figuraz saluatoris exp̃ssit. qui
Ruth moabitidẽ duxit vxorẽ. Et hec sa

lutatio significat salutationẽ quã xp̃us
fecit apostolis post resurrectõz. de qua
in quinta parte sub ti. de prima dicetur
In omnibus ergo misse orõnibꝰ sacer-
dos p̃mittit dñs vobiscũ. nisi in orõni-
bus que p̃cedũt ꝓphetias. vel etiã orõ-
nes sup populũ in q̃dragesima. et nisi i
orõnibus q̃ immediate sequunt post ꝓ
mã orõnẽ. et in illis q̃ dicunt in pasce-
ue. ꝫ tũc missa nõ dr̃. licet sacerdos cõi-
cet. Cũ em̃ ꝑ p̃dictã salutatõnem optet
dñm esse cũ pplõ qui est in eo ꝑ spiritũ
grẽ septiformis. iõ eccia ordinauit septi
es tantũ in missa pplm salutari vt iã di
cet. Ideoqꝫ in p̃missis orõnibus tm̃ dr̃
Premittit tñ alijs exhortatõ ad humi
liationẽ ꝑ flectamꝰ genua. vel ꝑ. humi-
liate capita vestra deo. qꝛ orõ que faciẽ
da est cũ ieiunio ad malignũ spm̃ eijci-
endũ. tunc demũ valet si cũ humilitate
fiat. Rursus in diebus ieiunioꝝ repñ-
tat eccia tp̃us babylonice captiuitatis.
Merito ergo sacerdos tunc populũ vt
pote absentẽ nõ salutat nec se ad illum
ↄuertit. ꝫ absolute incipiẽs. oremus. in
sinuat ꝓ illo fore orandum. et quia orõ
fieri debet cum affectu. mox subditur.
flectamus genua. vel humiliate capita
vestra deo. Repñtat etiã tp̃s dominice
passionis. qđ p̃cipue post cenam cũ di
scipulis factaz incepit. Quia ergo tpe
illo dñs discipulos non salutauit ꝫ eos
ad orandũ pluries excitauit. ideo sacer
dos tunc populũ non salutat sed ei ora
re insinuat. Sed et quia tempore illo
xp̃s in oratiõe genua flexit. iõ mox ad
genua flectendũ inuitat. Dic aũt flecta
mus genua. in ꝑsona vniuersitatis oim
fideliũ q̃si oim sindicꝰ seip̃m includẽs.
⁊ iõ loquit in p̃ma ꝑsona excitans se et
oẽs ad orandũ humiliter et deuote. ꝫ
mox subijcit. leuate. in ꝑsona alterius.
scz xp̃i. cuius typũ gerit in officio misse
et tunc loquit in secũda ꝑsona et in dis-
simili cãtu. q̃si ipse christus dicat. Sur

git e. qm̄ vestraz humiliatatē et devoti onē video. Et tunc vice oim̄ loquitur si ne orat. Quid significent collecte q̄ di-cunt post flectamus ꝛ post humiliate. di cetur in sexta pte sub quarta feria in capite ieiuniorū. Aliis vero diebus et tpibus eccia tempus exultatōnis ꝛ ple nitudinis q̄ precipue fuit post xp̄i resur rectionē repn̄tat. Et tunc sacerdos po-pulū salutat. repn̄tans vt p̄missum est. ꝙ dn̄s post resurrectōem discipulos sa lutauit. Sacerdos ꝫ orōnibus p̄mittit dn̄s vobiscum. vt populū reddat atten tum ꝙ mens eius ad deum dirigat. ꝛ ei p intentionē sedulā cōiungat. Et ē sen sus. Dn̄s vobiscum. i. in vobis maneat ꝛ vos premio vite eterne remuneret. ꝛ petitionibus vestris effectū tribuat. seu g̃ram dei impetretis pseuerantes i illa Chorus vō ꝛ populus rn̄det. et cū spū tuo. qd̄ sumptū est ex ep̄la. ij. Thimo. vlti. vbi dicit. Dn̄s Jesus xp̄s cum spū tuo. Hmōi etem̄ mutue salutatōes no tant ꝙ sacerdotis et populi vnus debet esse affectus. Et est sensus. Tu pro nob factus es preces ad dn̄m. ꝛ qꝛ dn̄s de⁹ p̄ces illas tantum approbat ꝛ exaudit que ex bono corde pcedunt. oramus ꝛ nos similiter p te. vt ille sine q̄ nullū ē bonū sit cū spū tuo. vt qui tecum est in ore sit ꝛ in corde. ꝛ in te maneat. Et p̄ hoc cessat hesitatio querētiū quare po pulus rn̄det. ꝛ cū spū tuo. cū sacerdos dicēdo. dn̄s vobiscū. optauerit dn̄m eē cū illis. nō solū in spū. verū etiā in cor pore. Nam ꝛ idipm̄ pp̄ls p hanc rn̄sio nē optat. vt p̄missū est. Pōt etiā dici. ꝙ i hac rn̄sione pp̄ls se refert solū ad acti onē immolatōis ad quā sacerdos pce dit in qua per spm̄ totaliter eleuat⁹ ꝛ ab omi terrenitate prorsus abstract⁹ eē dꝫ Postq̄ vero chorus respondit. ipse se ad altare reuoluit. scꝫ ad orientem vt di cetur in prohemio quinte ptis. ꝛ q̄si pa rū de sua bonitate ꝯfidens vniuersalez

ad se colligit eccl̄iam dicēs. q̄si oim̄ sim dicus. oremus. q. d. Orate oēs sil' mecū vt qd̄ postulamus cicius impetremus qm̄ impossibile est multitudine non ex audiri. ꝛ sic orōnem dicit. Dicendo er-go oremus. hortat alios ad orandū. qꝛ ip̄e xp̄s monuit discipulos orare dicēs Orate ne intretis in temptatōnem. Et postea orat. qꝛ et postea xp̄s orauit. ip̄e em̄ fecit ꝛ docuit. Qd̄ aūt dicit oremus ab antiquis habemus q̄ p̄misso orem⁹ subiūgebāt cōiter orōnez. Dic aūt ore-mus stās an̄ mediū altaris ꝑpter rōnes positas in pncipio pcedētis tituli. Qīo aūt quā dicit significat indulgētiā quā dn̄s repromisit. Et deinde trāsit ad de-xtraz ptez altaris vt dicet sub ti. se. Oīo ne finita chorus rn̄det. Amē. qd̄ est he braicū verbū. q̄si dicat. fiat nobis sicut orasti. seu feliciter acta sit oratō tua. Et est sumptū amē ex Apoc. Johis. Am-bro. exponit amen. i. verū est qd̄ sermo sonat affectus sentiat. Qn̄q; ponit pve re vt ibi. Amē amē dico vobis. put sꝫ ti. de orōne dicet. Et nota ꝙ p̄missa sa-lutatio. s. dn̄s vobiscū ad minores ꝛ im pfectos ac simplices ptinet sacerdotes Ep̄s vō vel eius supior q̄ pfectus eē dꝫ ꝛ expssam xp̄i similitudinē gerit vt se vi carium christi ostendat oratur⁹ p̄ma vi ce vtit verbo dn̄i dicentis Jo. xx. Pax vobis. q̄ fuit prima vox dn̄i ad discipu o s qn̄ eis post resurrectōem appuit. q̄ si dicat. in pn̄ti det vobis pax pectoris ꝛ i futuro pax eternitatis. De vtraq; Jo han. xiiij. Pacē meā relinq̄ vob pacem meā do vobis. Hoc etiā v̄bo vsus ē di spensator Joseph ad frēs ei⁹. Postea vō ad instar ceterorum sacerdotū dic dn̄s vobiscū. vt se esse vnum ex ip̄is ondat. Et est aduertendū ꝙ tunc demum pax vobis dicitur. quādo gloria in excelsis cantatur. Et hoc ideo vt correspondeat ei qd̄ ibi dicitur. et in terra pax hoībus ꝛc. Preterea hꝫ salutatio a xp̄o tempe

natur. qꝛ in eterna vita o is laboꝛ exclu
detur. ꝫ hūilitas semꝑ stabit De hoc di
cetur sub sabbato p̄me hebdomade q̄dra
gesime. Itē in fine misse dicitur. Bn̄di
camus dn̄o. de q̄ dictū est in q̄rta parte
subti. de orone nouissima. Hoc etiā tpe
cortine in eccl'ia suspēdunt. de q̄ dictuꝫ
est in p̄ma pte sub ti. de picturis. Por
ro eccl'ia his diebꝰ in magno certamie
cōstituta in q̄dragesima frequētat psal
mum. Qui gabitat. qꝛ psalmꝰ ille infor
mat in certamine positos spem suāꝫ in
dn̄o ponere. ⁊ om̄e adiutoriū ab eo de
poscere. de quo sub dn̄ica sequēti dicitur.
Hoc tpe dyaconus casulā suꝑ humerū
portat. de q̄ dictuꝫ est in scđa pte sub ti.
de dycono. Ab hac quoq̄ q̄rta feria vs
q̄ ad dn̄icam palmaꝝ dicitur om̄i die pre
fatio de ieiunio. etiam in dn̄icis diebus
apud quosdā. In illa vo dn̄ica. ⁊ sequē
tibus diebꝰ dicitur p̄facio de passiōe. Sꝫ
videtur esse incōgruū. q in dn̄icis diebus
cantetur p̄fatio de ieiunio. cū in illis non
ieiunetur. Et ideo q̄dā dicūt in illis q̄tidi
anam p̄fationē. Sꝫ licet nō ieiunetur nu
mero. ieiunatur tn̄ q̄litate. i. in cibo q̄dra
gesimali sicut in aliꝭ diebꝰ In quibus
dam tn̄ eccl'iꝭ incipiūt dicere p̄fationē
de passione in dn̄ica de passione. Et in
q̄busdā etiā dicūt p̄fationē đ ieiunio vs
q̄ ad quartā feriā an̄ pasca. Verꝰ licꝫ vt
ꝑmissuꝫ est q̄dragesimali ieiunio quod
incipit in dn̄ica q̄dragesime. suꝑadditi
sint quattuor dies. solēnitates tn̄ officij
quadragesimalis tpis incipiūt in eadē
dn̄ica sicut priꝰ ⁊ nō ante. nec in h̄ imu
tatio facta fuit. quanq̄ potiꝰ ex incuria
q̄ ex certa scia hoc cōtigisse credatur. Nā
ideꝫ deberet esse caput ieiunij ⁊ officij.

Et s'm hoc videtur q in dictis quattuor di
ebus deberēt imediate post missam di
ci vespere. Circa qđ notandū est q in
quadragesimale tp̄s est luctus ⁊ peni
tentie tp̄s penitētes aūt dum cōuertū
tur ad xp̄m a tenebris ad lucē transeūt
Vespertinū vo tp̄s ꝓpter defectū ⁊ ob
scuritatē imꝑfectionē designat. qꝛ ergo
penitētes nō iꝑfectioni ⁊ defectui ꝫ po
cius ꝑfectioni ⁊ luci veritatis insistūt.
idcirco ꝯueniēter quantū ad vesꝑas di
ctuꝫ tp̄s lucis ex institutione gabilon̄.
concilij preuenitur. vt sic statim post mis
sam dicantur q̄ alias circa noctis tp̄s con
sueuerant dici. Hoc tn̄ quattuor predi
ctis diebus p̄cedētibus nō seruatur. q̄ die
bus quadragesimalibus suꝑadditi ex
alia causa fuerūt. Vel potest dici. q qꝛ
quadragesimali tpe ꝓpter dispositionē
ad pascalem solēnitatē ⁊ correctionem
delictoꝝ p̄teritoꝝ sanctioribꝰ operibus
insistendum est. ideo ꝓuisum est vt eo
tempore quo seruamꝰ illa ieiunia plu
res orationuꝫ supplicationes ieiuni a
gamus. ꝓpter hoc non solum alias ho
ras verūeti ā vesꝑas ante cibū dicimus
Predictis tn̄ quatuor diebus hoc non
seruatur ad representandū p̄mariā dispo
sitionē penitentiū qui in suis p̄mordijs
nō possunt tot sanctitatis obseruantijs
insudare. Hoc tempore dicitur ad ho
ras capitulū. Cōuertimini ioel. ij. c. Et
illud. Inter vestibulū. qđ est ibideꝫ. Et
illud. Clama ne cesses. ysa. lviij. Et illđ
Derelinquat impius. ysa. lv. c. Et illud
Frāge esurienti. ysa. lviij. c. Sane h̄ q̄r
ta feria quattuor priuilegijs insignitur.
Primū est qꝛ tali die incipimꝰ ieiuna
re. qđ fit q̄druplici rōne Primo pro eo
q xp̄s legitur quarta feria suū ieiuniū in
choasse. Nđ inde videtur qꝛ natꝰ est die
dn̄ica. ⁊ si q̄s diligēter cōputet ān̄os ex
tūc vsq̄ ad triginta s'm rationes cōpo
ti inueniet eū in tercia feria fuisse bapti
satū, ⁊ sequēti die intrans in desertum

inchoauit ieiunium. Scdo ideo in q̄rta feria ieiuniū inchoam⁹. qꝛ in quarta etate salomon templū edificauit. ⁊ nos quasi fundamētū illius tēpli qd ex nobis extruit iacimus ieiunādo. vt in pasca templū dñi esse possim⁹ Vñ apl'us Templū dei sanctū est. quod estis vos Tercio ideo in quarta feria ieiuniū incipit cū eī eccl'ia in dieb⁹ dñicis q̄dragesime nō ieiunet ꝓpter gaudiū qd habet de resurrectione dñi q̄ in illo die facta est. in qua resurrectiōe legit dñs bis comedisse. semel cū discipulis euntib⁹ in emaus. ⁊ iterū qñ intrauit clausis ianuis ad discipulos. ⁊ attulerūt ei partē piscis assi ⁊ fauū mellis. ideo incipit ieiunare ab hac quarta feria antecedente dñicam illā. q̄ ꝓpter hoc vocat caput ieiunij. De hoc etiā iā ꝑmissuz est. Quarto qꝛ sicut iā dicet hoc tp̄e ad bellū ꝓcedimus. ideo quattuoꝛ dieb⁹ huius hebdomade ieiunam⁹. vt quattuoꝛ armati ꝟtutibus. s. iusticia. foꝛtitudine. prudētia. ⁊ tꝑantia. quattuoꝛ mala q̄ ꝑ ꝑmuz parentē incurrim⁹ deploꝛemus. s. q3 de paradiso electi sum⁹. q3 in hac valle miserie cibis ad modū iumentoꝝ indigemus. q3 in infernū descēdere timemus q3 in patria cū dño nō gaudem⁹. Quinto vt defleam⁹ quattuoꝛ mala q̄ fecim⁹ scz pctm̄ cogitatiōis opis. cōsuetudinis et locutionis. Scdm̄ ꝓuilegiū est. qꝛ illa die audiunt cōfessiones publice penitentiū ⁊ eis pn̄ie imponūt. Terciū qꝛ tūc cineres capitib⁹ aspgunt. vt iam dicet. Quartuz. qꝛ die ista fit ꝓcessio qualē ꝑ totū annū fieri nō cōtingit. penitētes nāq3 tūc ab eccl'ia cū ꝓcessione et cruce eijciunt ⁊ in die cene in eadē recipiunt sicut sub illa die dicet. Processionē quidē facim⁹. qꝛ tūc ad bellū contra hostes incidem⁹ q̄ quasi in expeditione a septugesima vsq3 tunc fuimus. Procedētes ergo contra hostes armis nostris armamur. q̄ sunt hūiliatio. oꝛatio. afflictio. ⁊ elemosinarum largitio. Humiliatio sicut iaz dicit est in cinere. Oꝛatio qꝛ tūc dicim⁹ parce dñe ⁊c. Afflictio de qua in euāgelio. Cū ieiunatis nolite ⁊c. Elemosinaꝝ largitio q̄ maxime hoc tp̄e frequētanda est. Vnde Abscōde elemosinaz in sinu paupis. Talibus itaq3 armis armati ad bella ꝓcedimus. Vñ coll'. hui⁹ diei ē. Cōcede nob omps deus p̄sidia militie xp̄ane sanctis inchoare ieiunijs. Ceteꝝ hac die officiū vsq3 ad nonā differim⁹. nō tantū qꝛ dñs hoꝛa nona expirauit. ẜ etiā ꝓpt nostrā castrimargiā. adeo nanq3 ventri dediti sum⁹ q3 audita missa statī ad cibum currerem⁹. ⁊ de hoꝛis parū aut nihil curarem⁹. Vñ in cōcilio gabiolon. dicit q3 ad missaz currendū est. ⁊ audit missarū solēnijs. ⁊ vesptinis officijs ac largitis elemosinis ad cibū accedēduz est. Hac etiā die bñdicit cinis. ⁊ in signum hūilitatis capitib⁹ aspergit sb̄ hīs vbis. Cinis es ⁊ in cinerez reuerteris. Qd dictū fuit ade. Geñ. iij. Et iob penitentiā in fauilla ⁊ cinere egit ꝑut legitur iob vltimo ca. Et dñs ait. In domo pulueris puluere vos aspgite mich. j. c. Item legit iudith. iiij. c. Quot filij isrl' humiliauerūt anias suas in ieiunijs et erat cinis sup capita eoꝝ. Et abraā inq̄t Loquar ad dñm meū cū sim puluis et cinis. Geñ. xviij. c. Et mardoche⁹ indutus est sacco. spargēs cinerē capiti suo. Hester. iiij. c. Et filie syon cōsperserunt cinere capita sua. Treñ. iij. c. Et hinc ē q3 sicut ex libro pōtificali habet penitētes ⁊ moꝛituri in signū penitētie ⁊ hūilitatis ⁊ q3 terra ⁊ puluis sunt se in cinere vel solo ꝓsternūt. ⁊ ciliciū induunt. Qd ex veteri testamēto tractū est. legit eñ ysa. lviij. c. q3 penitētes sacco ⁊ cinere sternunt. Itē hiere. xxv. c. Aspgimini cinere qꝛ cōpleti sunt dies vr̄i. Itē ione. iij. c. Rex niniue indutus est sacco ⁊ sedit in cinere. Itē. Treñ. iij. c. Virgines

Domino ait Michee I
In domo pulueris puluere
vos aspergite

hierusalē accincte sunt ciliciȷ̄s. Item in
ps̄. xxxiiij. Induebar cilicio. Fit etiā h
ad significandū q sicut in eiectiōe ade
de paradiso maledicta fuit terra in ope
suo sic p hūilitatē pnie terra nr̄a. s. libe-
rum arbitriū nr̄m bn̄dicit p pniam vt n̄
spinas τ tribulos. s; dignos fruct⁹ pnie
germinet. Inuitant aūt oēs ad peni
tentiā generalit cū dicit in antiphona.
Im mutemur habitu τc. ieiunemus et
ploremꝰ ante deū τc. Et ōn̄dit causa q̄-
re hoies debeāt ieiunare. s. q2 dn̄s expe-
ctat eos ad pniam. Vn̄ introitꝰ est. Mi
sereris oim dn̄e ꝑpter pniam. τ est sap̄.
xi. c. Oēs etiā oro̅nes quecūq3 dicūt fa
ciūt ad idē. In ep̄la quoq3. Cōuertimi-
ni τc. que est ioelis. ij. c. ad hoc inuitant
generalit parui τ magni τ vtriusq3 sexꝰ
Vn̄ dicit. Sanctificate ieiuniū vocate
cetū cōgregate populū τc. Seqt respō
soriū Miserē mei deꝰ τc. qd̄ respondet
ep̄le ostēdēs triplicē effectū pnie. pmu3
q2 p eā habemꝰ remissionē pctōꝝ. τ col
lationē gratie. τ ꝯculcationē inimicoꝝ
Vn̄ sequit v̄sus. Dedit in obprobriu3
cōculcātes me. Sequit tractꝰ. Dn̄e nō
sm pctā nr̄a τc. q̄ significat laborē q̄ in
pnia habet. Et dicit iste tractus vsq3 ad
dn̄icam de passione in secūda quarta τ
sextis feriȷ̄s. vt in diebꝰ artiori ieiunio
deputatis incepte pnie memores orati
ones ieiunio cōbinemꝰ. In euāge. aūt
cū ieiunaueritis τc. math. vj. c. legit de
modo ieiunādi vbi dicit. Tu aūt cū ie-
iunas vnge caput tuū. τ faciē tuā laua.
Quia ois penitēs debet vngi oleo spi-
rituali. qd̄ est iocunditas mentis. tanq3
athleta τ pugil dn̄i. sicut habet in eccia
stico. Oleū de capite tuo nō deficiat Et
faciē tuā laua. i. interiorē hilaritate3 ex
ternis demōstra ne videaris hominibꝰ
ieiunans. i. sic ieiuna vt nō intendas fa
uorem humanū. sed solius dei. τ pater
tuus qui videt in abscondito reddet ti-
bi. Offerenda est. Exaltabo. vbi est gra
tiarū actio de impetrata remissione. Cō
munio est Qui meditabitur. in qua est
aliorū exhortatio de legis meditatiōe.
τ consonat euangelio. q2 meditari in le
ge est thesaurizare in celo.

De quinta feria

Sequitur de quin
ta feria. Siquidē inuitati sūt oēs
in precedēti die sicut ibi dictū ē
ad pniam. Sed q2 pnia consistit in tri-
bus scilic3 in orōe. ieiunio τ elemosina
ideo in tribus sequētibꝰ diebꝰ ait de his
tribus τ primo de orōne in hac q̄nta fe-
ria. τ ideo incipt introitus. Dū clama-
rem ad dn̄m. Fit aūt oratio ab aliquo.
qn̄q3 ꝓ se. qn̄q3 ꝓ alio Vt ergo ostēdat
q̄ntum valet ab aliquo ꝓ se facta oratio
sequit ep̄la Egrotauit ezechias τc. ysa.
xxxviij. c. In q̄ ꝓponit eccl̄ia rege3 eze-
chiam in exemplo q̄ orōne ꝓ se facta i-
petrauit a dn̄o. xv. annos diebus vite
sue supaddi. Vt etiā eccl̄a ostēdat q̄ntū
valet oratio ꝓ alio facta legitur euāge.
Cum intraret ih̄s. math. viij. c. de cen-
turione qui rogauit dn̄m ꝓ puero suo
vt sanaret. quod impetrauit.

De sexta feria

In sexta feria āgi
tur de ieiunio τ ostenditur qua-
le ieiuniū placet deo. s. spiritua-
le non carnale. Vnde epistola agit de
hoc. Clama ne cesses τc. ysaie. lviij. cap̄.
et post. Quare ieiunauimus et non a-
spexi. τc. Et dominus respondet. Num
quid tale est ieiunium quod elegi con-
torquere quasi circulu3 caput τc. Qua
si diceret. Non placet mihi tale ieiuni-
um. q aliquis se cruciet intantum. sed
q dissoluat fasciculos ipietatis. i. ab oi
pctō abstineat qd̄ fit p caritatē. Vn̄ seq̄

tur euangeliū. Audistis ⁊c̄. Math. v. c.
agens de charitate vbi dr̄. licet hoc in ec
clesia nō legat᷑. Dictū est ātiquis nō oc-
cides, ego aūt dico nō irasceris.

De sabbato.

In sabbato agit
ecclīa de elemosyna ⁊ de sabba
to q₂ ꝑ premissa tria. scʒ orōnes
ieiunia ⁊ elemosynas venit᷑ ad sabbatis
mū mēt᷑. vbi pena iā facta ꝙ̄ spectat ad
pn̄iam ⁊ pax que est q̄es ⁊ sabbatismus
mētis se osculant᷑. i. ꝯueniūt. Et ꝓpter h̄
sequit᷑ apte in epl̄a ysa. lviij. ca. Si abstu
leris de medio tui catenā pctōꝝ. ⁊ cete-
ra que ibidē sequunt᷑. tūc vocaberis sab
batū dedicatū. ⁊ cetera que ibidē sequū
tur. Et hoc idē dicit᷑ in euāgelio. Cū se-
ro esset ⁊c̄. Mar. vj. ca. vbi dicit᷑ de disci
pulis laborātibꝰ in mari ꝑ quos penitē
tes designant᷑. ꝙ dn̄s ascendit in naui-
culā cum eis. ⁊ statim facta est trāquilli
tas. Quia deo p̄sente in corde hoīes pa
cificat᷑ aīa. ⁊ tranquillū fit ibi. Hoc sab-
batū licet habeat epistolā ⁊ euāgeliū. si
cut nōnulla alia ꝑ anni circulū. non tn̄
est cātibus officiatū. q₂ f᷑m quosdā non
dū erat solēni ieiunio deputatū. Hodie
vero ieiunamꝰ. vt ad q̄etis eterne sabba
tum perueniamus.

De prima dominica quadragesime.

In hac dominica
in qua cantat᷑. Inuocauit me ⁊c̄
incipit q̄drагesima. ꝙ̄ significat
tp̄s penitētie sp̄ualis ⁊ vocat᷑ dn̄ica q̄nta
na. q₂ quinta ē a pasca. Quid aūt signi-
ficēt q̄nq₃ dn̄ice quadragesime dictū est
in p̄ma ꝑte sub ti. de picturis. Dicta est
aūt quadragesima. licet in ea sint q̄dra-
gintaduo dies vsq₃ ad pasca. Primo q₂
ecclesia non curauit de duobus diebus
que minutias non attendit sed summā
numeri ponit q̄uis sit pax plus vel mi
nus. Scd̄o quia quadragesima non ꝓ

tendit᷑ nisi vsq₃ ad diē cene dn̄i. que ē di
es absolutōis. Nā per quadragesimaʒ
bn̄ obseruatā. ⁊ per veram penitentiam
ꝑuenit hō spiritualit᷑ ad cenā agni. Vn̄
in Apoc. Beatus q̄ vocatus est ad cenā
nuptiaꝝ agni. Et f᷑m hoc solū sunt qua
draginta dies. Tertio q₂ filij israhel la-
borātes in deserto. xl. ānis cibati man-
na. ꝑ. xl. māsiones venerūt in terrā pro-
missionis. quo etiā exēplo. xl. diebꝰ a de
licijs corpis abstinētes v̄bis vite refici-
mur. orōni vacamꝰ vt tandē ꝑ xp̄m i ter
rā viuentiū introeamꝰ. sicut illi ꝑ ih̄m
naue. i. ꝑ iosue in terrā ꝓmissionis itro
ducti sunt. Ideo aūt f᷑m Hiero. sunt in
ea. xlij. dies. q₂ dn̄s venit ad nos ꝑ. xlij.
generatōes cōputat᷑ ieconia p̄ie. ⁊ ieco
nia filio ⁊ ipso dn̄o. Sane totū tp̄s vi
te nostre q̄dragesima est. Ieiunamus
aūt. xl. diebus. incipiētes a p̄cedenti q̄r
ta feria. Primo f᷑m Aug. q̄m Matthe-
us. xl. generatōes posuit. Ad h̄ em̄ dn̄s
suo q̄dragenario numero ad nos descē
dit. vt nos ad eum nr̄o quadragenario
nūero ascendamꝰ. Scd̄o f᷑m eundē. q₂
ad hoc vt habeamꝰ quinquagenariū q̄-
dragenario adijciendus est denarius.
Ad h̄ em̄ vt ꝑueniamus ad requiē bea-
tā. opꝫ nos toto tp̄e p̄sentis vite labo-
rare. Vn̄ ⁊ dn̄s cum discipulis. xl. die-
bus mansit. ⁊ post decimā diem spiritū
sanctū misit. Ieiunamus etiā quadra
ginta diebus. Nam ⁊ moyses ad accipi
endū legē ieiunauit. xl. diebus. similiter
⁊ helias. dn̄s quoq₃ noster quadraginta
dies ieiunauit absq₃ cibo: ⁊ hoc ꝓ insti-
tutōe ⁊ exēplo. Vn̄ nōnulli vnā tantū
quadragesimā obseruāt. Illi v̄o ꝓ me-
rito ieiunauerūt. Cōmunius tamē est
tres quadragesimas seruare. eo ꝙ moy
ses vt tradūt hebrei ter ascendēs ad do-
minū ieiunauit. vel potiꝰ. q₂ tres in tri-
bus legunt᷑ ieiunasse quadragenis. scʒ
moyses. helias ⁊ dn̄s. Quare aūt. xlvj.
diebus sumus in abstinētia dictum est

sub precedēti q̄rta feria. Consideran
dū est aūt q̄ tp̄s q̄dragesime pnīe ascri
bit. Pn̄ie aūt fruct⁹ sūt. ieiuniū. vigilie.
ꝛ alie carnis afflictiōes. Elemosyna: cor
poralis ꝛ sp̄ual' ꝛ alia misericordie ope
ra. Oratio ꝛ dep̄catio. ꝛ alie species cō
templatōis. Fletus lachryme. ꝛ alia in
signia cōtritionis. Ideoq̄ de his ꝛ simi
libus ad pniam ptinentib⁹ in nocturnis
ꝛ diurnis officijs hac die ꝛ sequētib⁹ le
git ꝛ cātat eccl'ia copiose. Et ꝓpter h̄ eti
am hoc tempe dicit regulariter octies i
canonicis horis psalmus ille penitētia
lis. Miserere mei de⁹. Et est notādū
q̄ ꝓpter ieiunij principiū ordo interrū
pit historiaꝝ. Cum eñ in septuagesima
ꝛ sexagesima cātatū fuerit de adā. ꝛ i qn
quagesima de noe; ꝛ abraā. in hac p̄ma
dn̄ica interponit de fructib⁹ penitentie.
in scd̄a vero de iacob. in tertia d̄ ioseph
in q̄rta de moyse. Antiquitus tres insti
tuit eccl'ia quadragesimas. d̄ quo tactū
est in pte; p̄ma sub ti. de eccl'iasticis sacr
mentis. Sane q: vt dictū est sub q̄rta
feria cineꝝ. hoc tempus ē militie xp̄ia
ne. ꝛ in quo diabolus forti⁹ ꝯtra nos in
surgit. ideo ne hō desp̄et. quasi ꝯfortati
uū quoddā canit eccl'ia introitū. Inuo
cauit me ꝛc. quo audito spe fit hō fortis
Vn̄ dicit ap̄ls. Spe fortes. in tribulati
one gaudētes. Et ysa. xxx. c. In silētio ꝛ
in spe erit fortitudo v̄ra. Siquidē in his
duobus ꝯsistit tota fortitudo hoīs sp̄ua
lis. s. in silentio a tumultibus seculi. ni
hil de his q̄ sunt secl'i appetēdo. ꝛ in spe
eterna desiderādo. Per ep̄laꝫ q̄ incipit
Hortamur; vos. ij. Coꝝ. vj. c. armat ec
clesia milites suos q̄ttuor cardinalibus
virtutib⁹. Primo fortitudine cū dic̄ ec
ce nūc tp̄s acceptabile. ecce nūc dies sa.
ꝛc. q̄ ibi de fortitudine dicunt. q: sequit
In oibus exhibeam⁹ nos sicut dei mi
nistros in multa patiētia. Scd̄o tp̄ātia
cū dicit. In castitate ꝛ ieiunijs multis.
Tertio prudētia cū dicit. in scia. l; i pru
dentia. Sunt aūt idē subiecto scia ꝛ lō
ganimitas. q: scia ꝛ lōganimitate scim⁹
ꝯuersari in medio praue ꝛ pu̇erse natio
nis. ꝛ bonitate ꝛ suauitate q̄ est in sp̄ū
sctō. ꝛ hoc totū ꝓ eodē sumit. Sequit i
charitate nō ficta. q: oia sine fictiōe fieri
debēt. Quarto iusticia. cū dicit. p arma
iusticie a dextris ꝛ a sinistris. Post epi
stolā sequit r̄nsoriū. Angelis suis deus
mādauit de te ꝛc. vt sic secure hō possit
pugnare. Sequit tractus. Qui habitat
in adiutorio. in q̄ agit de tēptatōe. Tra
ctus v̄o ideo; dicit. q: ibi ostendit q̄ hec
vita misera trahit multis dolorib⁹ ꝛ la
boribus. Et q: pōt cōqueri aliq̄s de ine
qualitate istius pugne. q: tēptator po
tētissimus est. vt habet in iob. Nō ē po
testas sb̄ celo q̄ ei valeat cōparari. Et sa
pientissim⁹. q: multa vidit. Et crudelis
simus. q: vt dicit Hiero. Crudelis est et
nō miserebit. hō aūt ifirmissim⁹ ꝛ igno
rās. ideo in ip̄o tractu ponit solutio hu
ius. q: hic pmittit de⁹ inimicū tēptare.
vt hō timeat ꝛ ad deū ꝯfugiat. q: scit et
pōt ꝛ vult liberare. ꝛ sic in se nō speret.
sed in deo q̄ ꝓmittit q̄ liberabit si ꝯfu
giat ad euꝫ. Vult eñ deus vt hō habe
at; timorē de inimico forti. ꝛ spem de ꝓ
missionib⁹ futuroꝝ. ꝛ de dilectōe dei ve
hementissima. Ergo sequit q̄ vult euꝫ
ꝓtegere queēadmodū gallia ꝓtegit pul
los suos ex amore vehemēti. ꝛ est spes
de custodia angeloꝝ. Hō aūt si molat i
ter duas molas timorē. s. ꝛ spem efficiet
panis placēs deo. ꝛ sic vincet oēm tem
ptationē. siue sit leuis ꝛ occulta. q̄ dicit
timor nocturn⁹. siue leuis ꝛ maifesta. q̄
d̄r sagitta volās in die. siue sit grauis et
occulta. q̄ dicit negociū pambulās in te
nebris. siue sit grauis ꝛ ap̄ta. q̄ dicit de
moniū meridianū. Hec q̄ttuor genera
tēptationū vincet q̄libet sic armat⁹. vt
dictū est. Sed in euāgelio nō sunt nisi
tres temptatōes. vbi dicit. Duct⁹ est ie
sus i desertū ꝛc. Mat. iiij. c. Et cōp̄hen

dnīk qn̄q; oēs temptatōes sub q̄ternario. vt dictū est. qn̄q; sub ternario. vt in euāgelio. qn̄q; sub binario. vt in eodem psalmo inferius vbi dr̄. A laq̄o venātiū i. ab ope malo. et a verbo aspero. i. a peccato oris. Tēptatus aūt fuit dn̄s a diabolo triplici temptatōe. s. tēptatōe gule. cū dixit ei. Dic vt lapides isti panes fiant. Cupiditatis. s. cuz dixit ei. Hec oīa tibi dabo si pcidēs adoraueris me. Et inanis glīe. s. qn̄ diabolus voluit eū deijcere de pinnaculo sicut fecerat alijs p̄dicatorib9 multis. Et vicit eū dn̄s p autoritates sacre scripture. qd̄ significatuz est in hoc q̄ dauid lapidib9 sūptis de torrēte deiecit goliā. docēs nos debere armari gladio verbi dei p̄ter illa arma q̄b9 nos armat ap̄ls in ep̄la hodierna. vt sic sufficiēter ad pugnā armari sim9. Potest etiā dici q̄ a p̄ncipio septuagesime ecclesia tot tribulatōib9 p̄ssa desperās clamauerat. Circūdederūt me gemit9 mortis. q̄si a nulla pte euadē posset. In p̄ncipio vero. lx. vbi etiā de h oc dictū est. et dicek in q̄rta dn̄ica. q̄si posita ink despationē et spē clamauit. Exurge q̄re obdormis dn̄e etc. In p̄ncipio q̄nquagesime: iā sperās clamauit. Esto mihi in deū ptectorē. imo depcatiuā mutās in affirmatiuā dixit. dux mihi eris et enutries me. Nūc vero in p̄ncipio q̄dragesime: ondens se exauditā dicit. inuocauit me. et ego exaudiā eum. et ep̄la dicit. In tpe placito exaudiui te. In ḡduali dak nob angelor custodia. In tractu diuina ptectio q̄r circūdamur scuto veritatis. In euāgelio ad exēplū saluatoris ab hoste triūph9. cui dicim9. Vade retro sathanas. In offertorio etiā diuīa ptectio notak cum dr̄. Scapulis suis obumbrabit tibi etc. In postcōione demonum subiectio. vbi dr̄. Sup aspidē et basiliscū. Ab hac die vsq; ad pasceuē opiunk cruces. et velū añ altare suspēdik. de q̄ i p̄ma pte dictū est sub ti. de pictur. Hec dn̄ica puilegiata est. q̄r est sancta et limes q̄dragesime. q̄ repn̄tat tp̄s q̄ filij israhel morati sunt in deserto. Tria q̄dē fuerunt in pp̄lo isrl̄. quor duo cōmemorauim9 scz pegrinatio. q̄ fuit i egypto. qn̄ iacob et filij sui pfectisūt in egyptū. captiuatio q̄ fuit in babylone. et dispsio q̄ facta fuit a tyto et vespasiano p totū mundū. quā nō cōmemorauim9. q̄r ab illa nūq; reuocabunk de q̄ dictū est. tradā eos in manu. de q̄ nō poterūt surgere. In hac dn̄ica ad horas dr̄ capl̄m. Frēs hortamur ne inuacuū etc. ij. Cor. vj. ca. et illō. Ecce nūc tp̄s. et illud. In oibus exhibeamus. ibidē. Et fit hodie statō apud basilicā lateran. q̄ ɔstructa est in honorem saluatoris. et plus q̄ pphete iohis. eo q̄ officiū hodiernū saluatoris nr̄i pphetice resonat felicitatē.

De scd̄a feria.

Postquā dominus et ap̄ls armauerūt militē suū nō restat nisi vt pugnet. q̄r hostes spati sunt. Quia vo p opa miscdie specialiter et maxime fit pugna ista. idō d ip̄is est feria ista. q̄ agit de elemosina. Rursus. q̄r onus pugne nō libenk suscipik. nisi intuitu p̄mij. idō in hac scd̄a feria est introit9. Sicut oculi seruor. Et dn̄s in ep̄la. Ecce ego req̄ram oues meas etc. q̄ sumpta est de ezechiele. xxxiiij. ondit p̄miū cum dicit. Et pascā eas. Qui eniz pascit dn̄m in paupe et dn̄s pascit eū. sic ibi legik. In mōtib9 isrl̄. i. in māsionib9 eternis. Idē habek p euāgeliū. Cū venerit filius etc. Mat. xxv. c. vbi dr̄. Venite bn̄dicti etc. Esuriui em̄ et dedistis mihi māducare. Debem9 aūt habere oculuz ad ip̄m nō tm̄ sinistrū vt respiciam9 penas eternas et pter hoc bonū faciamus h em̄ esset timor seruilis. sed etiā dextrū vt ɔsiderem9 p̄mia. Istū oculū vult nobis auferre diabolus. et nitik q̄tuz pōt. Vn̄. j. Regl. xj. c. Rex amōitar noluit

inire sedꝰ cū iabitis nisi erueret eis dextros oculos. siḻr vult facere nob̄ diabolus. vt nō simꝰ apti ad pugnādū. sic miles q̄ non habet oculum dextrum.

De tertia feria.

Tercia feria agit d̾ oĩone. ⁊ sumit̾ introitꝰ de psalmo q̄ est oĩo. Dn̄e refugiū factus es nobis. Pugnamꝰ em̄ orādo. Vn̄ iesus naue in heremo pugnabat. ⁊ moyses orabat. merito q̄ pugnabat n̄ deficiebat q2 ille orādo vincebat. Epl̄a v̾o. Querite dn̄m ⁊c̄. ysa. lv. c. docet nos orare ⁊ inuitat nos ad oĩonez. Querite dn̄m. s. de relinquēdo vicia ⁊ pctā. q2 multꝰ est ad ignoscēdū. nō em̄ cogitatōes mee cogitatōes vr̄e. Que sint v̾o cogitatōes eius ōndit Hiere. dicēs. Ecce ego cogito cogitatōes pacis ⁊ nō afflictōis. Si em̄ ex vero corde rogat̾ ⁊ q̄rit̾ statim pacificat̾ q̄tūcunq3 deliq̄rit in eū hō. ⁊ h̄ dū inueniri pōt. s. in pn̄ti. Ecce ōndit̾ effectꝰ oĩonis. q2 ꝑ eam hō deo pacificat̾. Idē etiā habet̾ ꝑ euāgeliū. cū intrasset. Matth. xxj. ca. In q̄ dr̄ postq3 eiecit emētes ⁊ vēdētes de tēplo dixit. domꝰ mea. i. hō i q̄ habitat domꝰ oĩonis vocabit̾. In epl̄a monemur ad petēdū vt habitet i nobis in euāgelio. vt det nob̄ eterna gaudia. Cetera q̄ in g̃duali. offerēda. ⁊ postcōione cantant̾ sunt q̄rentiū dn̄m oĩones ⁊ ꝯsolationes ⁊ gratiarū actiones.

De quarta feria.

Quarta feria est d̾ ieiunio. Sed q2 illa dies est septima a capite ieiunij. septimꝰ autez numerꝰ ⁊ septuagesimꝰ idē significant. Idē em̄ significat numerꝰ multiplicatꝰ ⁊ numerꝰ multiplicās. Septuagesimꝰ v̾o significat liberatōz a captiuitate. iō i introitu q̄ est reminiscere ⁊c̄. petit liberatōz. s. q̄ hr̄ ꝑ ieiuniū. Et i epl̄a ⁊ lectiōe mōemur ad ieiuniū exēplo moysi ⁊ helie. Lectō q̄ legr̄ ꝑ̄ ordies sūpta ē d̾ exo. xxiiij. c. Ascēde ad me i montē ⁊c̄. Epl̄a v̾o d̾. iij. re. xix. c. Vēit helias ⁊c̄. Quale aūt ieiuniū dēat eē. s. spūale mōstrat̾ nobis ꝑ ieiuniū moysi. vtilitas v̾o ꝑ helyā In azimo em̄ cibo ꝑuenit̾ vsq3 ad mōtē dei oreb. i. ad altitudinē mēse illiꝰ. q̄n comedemꝰ supra mēsaz pr̄is xp̄i i reg̃ suo. Per ieiuniū q̄dē ira dei tꝑat̾ ⁊ mitigat̾ q̄d ōndit̾ ꝑ euāgeliū Mat. xij. c. Accesserūt ad ih̄m ⁊c̄. i q̄ hr̄ de niniuitꝭ q̄ iraz dei tꝑauerīt ꝑ ieiuniū suū. Et nō q̄ i hac feria solēnitas ieiūij duplicat̾. q2 ieiūat̾ rōne. xl. q3 rōne ieiūij q̄ttuor tꝑm Quia v̾o penitētiū asperiꝰ ieiunātiū corꝑa de sic cant̾ i his nō habitat sic̄ dr̄ in euāgelio. spūs imundꝰ q̄ ambulat ꝑ loca arida q̄rēs requiē ⁊ nō iuenit. Corꝑa em̄ ieiunijs desiccatā fastidit. iō ad ieiunia libētiꝰ appetēda. moysi ⁊ helie p̄mittunt̾ exēpla. q̄ꝝ vterq3 i singul̾ lectōibꝰ. xl. diebus ⁊. xl. noctibꝰ ieiūasse ꝓhibet̾. Itaq3 ꝑ̄ ieiunij geminatōz. s. q̄dragesime et q̄ttuor tꝑm duo v̾sus i graduali ponūt̾ Ea q̄ in itroitu. g̃duali. tractu. cōione. et offerēda cātant̾. sunt ꝯsolatōes ⁊ oĩones vt ieiunātes a tribulatōibꝰ eripiant̾. et ne his q̄ ieiunijs affligunt̾ inimici dn̄entur. Hec q̄rta feria in h̄ ꝓuilegiata ē. q2 illi q̄ i sabbato seq̄nti ordinādi sūt interrogant̾ de scripturꝭ sacris ⁊ examinant̾ de q̄ ⁊ q̄re due lectōes legunt̾ ad missaz sub q̄rta feria tertie hebdomade aduentus dictum est.

De quinta feria.

Quinta feria est d̾ cōfessione ꝑ quā etiā pugnatur Et est introitꝰ. Cōfessio ⁊ pulcritudo. Est aūt triplex ꝯfessio. s. fidei. peccati. ⁊ humilitatis. Qui habet hāc ꝯfessionē pulcritudo ē in ꝯspectu eiꝰ. In cōspiciēdo em̄ deū humiliamꝰ nos ⁊ deo siles sumꝰ imitādo ip̄z. Epl̄a v̾o. s. Orauit hesdras ⁊c̄. sumit̾ de hesdrā. ix. cap.

In qua est oĩo hesdre ⁊ cõfessio. q̃ orauit sicut etiã daniel orauit Peccauimꝰ ⁊ iniuste egimꝰ ⁊c̃. Et ꝑ istã cõfessionez meruerũt remissionẽ pctõꝝ. Et ita ostẽdiẗ effectꝰ cõfessiõis. In alijs eccł'ijs legiẗ epła. Factꝰ est ỽmo dñi. Ezechielis xviij. c. q̃ etiã loquiẗ de effectu cõfessiõis. Euãge. egressus ihs ⁊c̃. Math. xv. c. est de muliere chananea. q̃ ꝑ cõfessionẽ fidei cũ dixit. dñe adiuua me. ⁊ ꝑ cõfessionem hũilitatis. cũ dixit. nã ⁊ catelli ⁊c̃ meruit filie sue sanitatẽ. ⁊ dictum est ei Mulier magna est fides tua. Quidam aũt legũt euãge. in q̃ iudei gloriãtes ꝙ essent filij abrae ꝯuincũẗ nõ esse filij abrae. q2 nõ faciũt opa eius. ꝫ esse ex pr̃e diabolo eiꝰ opa faciẽdo. Vel vt q̃busdam moris ẽ legiẗ euãge. qđ alij legunt q̃nta feria seq̃ntis hebdomade đ diuite q̃ apđ inferos cruciaẗ. patrẽq3 vocãs ⁊ đ p̃cãs abraã nõ vt filiꝰ exaudiẗ. His cõsonat illud ꝓpheticũ qđ in epła p̃mittiẗ. ꝙ si vir iustꝰ genuerit filiũ sanguinẽ effundẽtẽ ⁊ vniuersa detestãda faciẽtẽ ipe q̃dez in iusticia viuet. filiꝰ aũt eiꝰ q̃ opatus ẽ iniq̃tatẽ morte moriaẗ. Cetera q̃ sunt in introitu g̃duali ⁊ offerenda sunt laudes ⁊ oĩones iusti. Coio. panis quẽ ego dedero Ioh. vj. declarat. vñ iustus viuat scz de carne xp̃i. Et attende ꝙ q̃nte ferie ꝓpria olim nõ habebãt officia. ꝫ a dñicis estiualibꝰ in officiabãẗ. ⁊ earũ euãge. nõ sunt đ ieiunijs instituta. ꝫ đ diuite ⁊ lazaro ⁊ vidue filio suscitato. Olim etem̃ nõ ieiunabãt sed vt in dñicis solẽnisabãt. Sz postmodũ a gregorio. minore q̃nte ferie q̃dragesime fuerũt adiũcte ieiunio. ꝑut dictũ est sb septuagesima in officiate. Et inde ẽ ꝙ varietas epłaꝝ ⁊ euãgelioꝝ in q̃ntis ferijs reperiẗ. De hoc diceẗ sub quinta feria seq̃ẽtis hebdomade.

De sexta feria

In sexta feria que est nona dies ieiunij. qui numerus est angelicus. petit eccł'ia liberari ab oibus tribulatiõibus. ⁊ est introitꝰ. De necessitatibꝰ ⁊c̃. ⁊ fit h̃ ꝑ angelos ⁊ maxie ꝑ angelũ magni cõsilij. ⁊ iõ legiẗ euãgeli. Ioh. v. c. Erat dies festꝰ ⁊c̃. in q̃ dicitur Angelꝰ dñi descẽdit in piscinã ⁊ mouebaẗ aq̃ ⁊ sanabaẗ vnꝰ. Iõ vnꝰ q2 tantuz vnitas eccł'e sanaẗ. Sz ne in ꝯtradictõe peccemꝰ sic iudei q̃ dicebãt istđ ꝓuerbiuz ironice. pr̃es nr̃i mãducaũt vuã acerbaz in deserto. ⁊ dẽtes filioꝝ obstupescũt. i. nos punimur ꝓpẗ h̃ qđ nõ ẽ iustũ. iõ legiẗ epła đ ezech. xviij. c. Aia q̃ peccauerit ipa morieẗ. Filiꝰ nõ portabit iniq̃tatẽ pr̃is. nisi imiteẗ pr̃em in malicia. Vindicat em̃ dñs iniq̃tatẽ patrũ in filios in his q̃ oderũt eũ.

De sabbato

Postea vero nõ restat nisi sabbatismꝰ. Et ẽ epła de sabbato mẽtis. Frẽs hortamur vos. Per sabbatũ ỽo mẽtꝫ veniẗ ab sabbatũ eẗnitatis. ⁊ iõ đr euãgeliũ đ trãsfiguratõe dñi in q̃ apparueẽt tantũ moyses ⁊ helyas. q̃ꝝ exemplo aiaẗ eccł'ia ad ieiuniũ. In missa huiꝰ diei lcõ p̃ma est Orauit moyses. Deuẗ. xxvj. c. Scđa ẽ. Dixit moyses filijs isrł'. ibidẽ. xj. c. Terna ẽ. Oĩoz faciebãt. ij. mach. j. c. Quarta. Miserẽ nr̃i. Ecci. 3 xxvj. Quita ẽ angelꝰ dñi. đ q̃ dictũ est sb q̃rta feria tercie hebdomade đ aduẽtu. Quia g̃ ꝓ ordinandis orat eccia cãtat introitũ Intret in ꝯspectu ⁊c̃. Et g̃duale. ꝓpitiꝰ esto ⁊c̃. ⁊ ꝓtector nr̃ ⁊c̃. ⁊ cõuertere dñe ⁊c̃. ⁊ dirigaẗ ⁊c̃. ⁊ ad dñm cuz tribularer ⁊c̃. Ad quinq3 lcões flectit genua vt quinq3 sensus ordinãdoꝝ a dño diriganẗ. Qr ỽo dyaconi ⁊ sacerdotes tanq3 ꝑfectiores eternis intẽdere teneẗ. inde est ꝙ añ sextã lectionẽ siue añ epłaz nõ đr flectamus genua. sicut nec ante euangeliũ. h̃ etiam fit ꝓpter reuerentiã apłice lectõis Et ꝓpter eandẽ etiã causaz ad oĩonem

sup pplm genua non flectimus. sed so-
lū capita inclinam⁹. Rursus q: multū
valet depcatio eccl'ie assidua. Quis em̄
q̄ non audiat in tribulatōibus. Idcirco
q̇nto loco legit lectio de trib⁹ pueris de
camino ignis liberatis. ⁊ sequunt grāꝝ
actōes in cātico. Benedictus es dn̄e ⁊c.
Quia vero officiū p̄dicationis etiā ad
subdyaconū ptinet. Idcirco sequit epl'a
Pauli. j. ad Thes. vlt. c. Rogam⁹ vos
corripite inq̄etos. ꝯsolamini pusillani-
mes ⁊c. Officiū em̄ p̄dicatoris est alios
corripere. ⁊ reliq̄ facere q̄ in epl'a ipa do
cent. ⁊ ita ipsa epl'a ptinet ad ordinatos
saltē in sacris. Deide sequit tract⁹ Lau
date dn̄m oēs gē. in quo oēs inuitant ad
dei laudē. q̇ ministros suos sua miseri-
cordia ꝯfirmat. Tract⁹ ergo ⁊ cāticū be
nedict⁹ es. sunt ordinatoꝝ. ⁊ q: sacerdo-
tes in virū pfectū cōmutari dn̄t. quorū
misterio panis ⁊ vinū trāssubstātiant in
corp⁹ ⁊ sanguinē dn̄i. Inde est q̇ legit
euāgeliū de trāsfiguratiōe. Assumpsit
ih̄s petrū ⁊c. Mat. xvij. ca. Debēt em̄
trāsfigurari. ita q in eis non appeat nisi
resurrectio dei. Sed q: in p̄nti sine tri-
bulatōe. aut vix aut nūq̄ esse possum⁹
⁊ ppterea sp ad dn̄m clamādū est. inde
ē q sequit offertoriū. dn̄e de⁹ salut⁹ mee
⁊c. ⁊ postcōio. dn̄e deus in te speraui ⁊c.
Priuilegiatū est h̄ sabbatū. q: in eo or-
dines celebrant.

De scda dn̄ica quadragesime.

Hec scda domini-

ca intitulat dn̄ica vacat. p eo q
caret ppzio officio. Ideo aūt ca-
ret officio nā cū in p̄cedēti hebdomada
occurrunt quattuor tpa. i quoꝝ fine or-
dines celebrant. habebat antiq̄ eccl'ie i-
stitutio. vt post finē diei sabbati inciget
officiū ordinū. ⁊ in die dn̄ica terminare
tur. ⁊ ita officiū q̇ in fine diei sabbati i
cipiebat vsq̄ in diē dn̄icaz ptendebat. ⁊
sic tunc ipa dn̄ica ppzio caret officio. ve

rū q: difficile erat a sexta feria vsq̄ i die
dn̄icā nil comedere. factū est vt i sabba-
to ordines celebrent. ⁊ in die dn̄ica q̄ va
cat officio. officiū q̄rte ferie p̄cedētis re
petat. Pōt etiā dici q eccl'ia suspēdit or
gana sua in hac dn̄ica. q̄ est q̇nta a septu
agesima. ad similitudinē ppl'i q̇ existēs
in captiuitate nec altare nec tēplū ha-
buit. imo organa sua suspēdit. q̄re ppziū
non habet officiū. Sicut aūt dn̄ica ista
vacat ab officio ppzio. ita ⁊ oēs q̇nte fe-
rie q̄dragesime quondā ppzio carebāt
officio. put sub. v. feria dicet. Et attē-
de q hec dn̄ica vacat solū cātu diurno.
nec vacat oino officio. nec euāgelio. et
ideo solū in graduali debet intitulari
dn̄ica vacat. ⁊ nō in antiphonario. nec i
euangeliario. Et i q̇busdā eccl'ijs d: euā
geliū. Egressus. q̇ dictū est i pxima q̇n
ta feria. In alijs. assumpsit ih̄s petrum
Verū in p̄cedēti dn̄ica dictū est q in ip
sa dn̄ica armauit dn̄s militē suū q̄ttuor
cardinalibus virtutib⁹ ⁊ gladio v̄bi dei
Sed q: vt p̄missum est in scda feria. pu-
gna nō libent suscipit. nisi p̄miū oñdat
ideo agit in hac scda dn̄ica de bn̄dictōe
q̄ est q̇ntuplex. s. bn̄dictio liberatōis grē
augmēti grē. ꝯtēplatōis ⁊ gl'ie. Quia ve
ro bn̄dictio illa impetrat p orōnez. ideo
dn̄ica ista ꝯsistit in orōne. Vn̄ dicit i in-
troitu. Reminiscere miserationū tuarū
⁊c. petēs cātu lugubri liberatōz a vicijs
⁊ pctis ⁊ spiritib⁹ imundis. Hec est pri-
ma orō ⁊ significat p̄mā dei bn̄dictionē
s. liberatōis. In epl'a vero q̄ est Roga-
mus vos ⁊c. j. Thes. iiij. c. petit sibi dari
scdam bn̄dictōz. s. grē siue grām ad be-
ne ambulandū ⁊ bn̄ agēdū dicēs. Hec
est em̄ volūtas dei vt digne ambulem⁹
vt sciat vnusq̇sq̄ vas suū possidere i san
ctificatōe. s. vt sit celeste corp⁹ ⁊ celestia
appetat. ⁊ i honore. s. vt sit deo dignū tē
plū. q: sedes dei. ⁊ tēplū spūs scti sunt.
nr̄a corpa. vt ait apl's. Ois q̄ caste ⁊ pie
viuit tēplū dei ē. ⁊ spūsscti sedes. Et in

hac sola dñica.idē ē gͣduale ⁊ tract⁹ eo ꝙ
ipa tota ꝯsistit i oȯe liberatōis. Oȯo ex
pmit laborē ⁊ planctū.q̄ duo significā-
tur in gͣduali ⁊ tractu.Est aūt graduale.
Tribulatōes ⁊c̄.Tract⁹ est de necessita-
tibus ⁊c̄. Alij aūt dicūt tractū.dixit dñs
mulieri.q̄ est Mat.xv.Tertia bñdictio
est bñdictio augmēti gr̄e.Quarta ꝯtem
platōis.Quinta bñdictio glie.Quia ve
ro bñdictōes hmōi.nō habent̄ vel ꝯser-
uant̄ sine magna lucta.ideo in noctur-
no officio de lucta Jacob cū angelo. ⁊ i
vtero agit̄.vt exēplo Jacob.Supplātē
mus frēs nostros malos.s.si q̄d nobis i
ferūt iniurie dissimulātes.Et fit pugna
ista in vtero rebecce.i.eccl̄ie.Rebecca ei
gr̄a interp̄tat̄. Jn primo rñsorio in no
cturnis agit̄ de augmēto gr̄e.dixit eniз
ysaac ad filiū.tolle arma tua. pharetraз
⁊ arcū ⁊c̄.Arma p̄dicatoꝝ sūt sacre scri
pture.que dicunt̄ pharetra.qꝛ de eis su
munt̄ sagitte ad ꝑcutiendū diabolum.
Jacob igit̄.i.verus p̄dicator venat̄ ⁊ in
terficit hoīes bona venatione ⁊ interfe-
ctōe.s.p arcū sacre scripture.⁊ in se occi-
dit bestias.i.vicia ⁊ pctā.s.porcuз luxu-
rie ⁊c̄.⁊ tūc cenat cū eo ysaac.i.risus. scз
dñs.q̄ delectat̄ in talib⁹.Sunt eñ ei de
licie cenare cū talibus.Vñ scd̄m rñsori-
um est.Ecce odor filij mei sic̄ odor agri
pleni.i.ꝑadisi.Hoc etiā est id qđ supra
dicit apl̄us.vt sciat vnusq̄sq꜡ vas suū pos
sidere in sctificatōe ⁊ honore.Sequit̄ v
sus.Qui maledixerit ei.sit ille maledi-
ctus.Oēs eñ qui pplo xp̄iano iniuri
maledicūt.maledicti sunt.vt iudei gen-
tiles ⁊ alij.Jn tertio rñsorio dicit̄.Det ti
bi deus de rore celi ⁊ de pinguedie ter-
re abūdantiaз.esto dñs fratrū tuoꝝ.ser-
uiāt tibi tribus ⁊ ppl̄i.Hec bñdictio da
tur eccl̄ie vt oibus ppl̄is dñet̄. Ista ve-
ro tria rñsoria sūt septimi toni.ad signi-
ficandū ꝙ ipa eccl̄ia impetrat nobis gͣti
am septiformē spūsscti.Jn scd̄o noctur
no in q̄busdā eccl̄ijs est rñsoriū. Si dñs
⁊c̄.Jn cui⁹ versu dr̄.Jacob erexit in ti-
tulū lapidē.fūdēs oleū desup.Nō nos
facim⁹ cū imitatōe xp̄i bōa agim⁹. Vn
gimus eñ eum p fidē.cum ipm hoīem
plenū gr̄e esse credim⁹. Et duo rñsoria
sunt de p̄mo ⁊ vnū de sexto tono. qꝛ de
xp̄o agūt qui est p̄ncipiū ⁊ finis.⁊ i sex-
ta etate vnct⁹ fuit oleo leticie p̄ ꝯticipib⁹
suis.Jn septimo v̄o rñsorio orat Jacob
Erue me de manu fr̄is mei.qꝛ valde eū
timeo.Valde eñ debet timere sctūs.ne
corrūpat̄ a malis.Jn octauo v̄o rñsorio
agit̄ de bñdictōe cōtemplatōis.Vñ ibi
habet̄ de lucta Jacob cū euāgelio.quia
p orōnem debemus luctari cū dño. do-
nec habeamus statū ꝯtēplatōis. Et di-
xit ei angelus.Dimitte me aurora est.i.
satis habes fidē vel charitatē vel gr̄am
nec debemus dimittere donec de lucta-
tiōe ꝯtra vicia faciat nos ꝯtemplatiuos
qꝛ regnū celoꝝ vim patit̄ ⁊ violēti rapi-
unt illđ.Tūc aūt videt̄ sine nubilo pec-
cati.Vñ in nono rñsorio dicit Jacob.
Vidi dñm facie ad faciē.i. sine nubilo
peccati.nō sine velamine creaturarum.
Hac rōne eccl̄ia parisiensis dicit̄ lege-
re hac die euāgeliū de trāsfiguratiōe q̄
est bñdictio glorie.⁊ ita patet ꝙ habita
benedictiōe liberatōis.gr̄e.⁊ augmenti
gratie ⁊ contemplationis.⁊ considera-
to premio glorie. libenter ⁊ fortiter pu-
gnāt milites christi.

De secunda feria.

SEcunda feria est
de oratōe. Vñ i epl̄a que incipit
Orauit Daniel ⁊c̄. Daniel.ix.c.
ostendit̄ q̄ntum valet oȯo cum ieiunio.
Daniel.i.vir desiderioꝝ orauit ꝓ popu
lo suo ⁊ abstinuit a regalibus cibis. et
vsus est leguminib⁹.⁊ iđ exaudita ē ora
tio eius.sicut ei dictū est ab angelo.Sз
qꝛ nil valet oȯo nisi q̄ fit in cognitōe dei
ideo sequit̄ euāgeliū Joh.viij.Ego va-
do ⁊ q̄retis me ⁊ nō inuenietis dicit dñs

iudeis. Et iterū. Ego sum de sursū ꝛc. ego nō sum de hoc mūdo. Et nō cognouerūt eum. ⁊ ideo adhuc manēt in peccatis suis. Ibi itaqꝫ diuidit dn̄s spūales a carnalibꝰ. i. aquas que sunt sb̄ firmamēto. ab his q̄ sunt sup̱ firmamentum. Et ita huic scd̄e ferie cōpetit opus scd̄e diei. ⁊ ideo introitꝰ est d̄ scd̄o tono. Carnales em̄ non pn̄t orare deū. qꝛ non cognoscūt eū. Nā q̄ in carne sunt deo placere non pn̄t. Nempe ea que i introitu graduali. offerāda. ⁊ cōmunione cantātur. sunt orōnes. ꝯsolationes. ⁊ laudes ꝯuerse gentilitatis cui dn̄s exhibuit intellectum.

De tertia feria.

T Ercia feria est de ope diei tertie qd̄ est. Cōgregent aque oēs in locū vnū ⁊ terra fructificet. Hoc fit qn̄ hō non curat de voluptatibus carnis ⁊ ieiunat p̱ charitatē. Ieiuniū laudabile est. vt hō non sit multum curiosus de cibo corp̱ali. vt dicit i euāgelio. Nolite soliciti esse. solicitudie scꝫ suffocāte. sed solicitudine p̱uidentie possumꝰ ⁊ debemus. Ideo introitus est Tibi dixit cor meū exq̄siui te. tertij toni p̱pter opus tertie diei. In ep̄la vo. Factus est sermo dn̄i ꝛc. iij. Reg. xvij. ca. hortat ecc̄lia vt non simꝰ multū soliciti ⁊ hoc p̱ helyā. q̄ pastus est a vidua sareptana. ⁊ a coruo. ⁊ ip̄e etiā pauit viduā dicens. Nō deficiet farina hydrie. i. grā de corde. nec oleū de lechito. i. grā seu vnctio spūalis desup̱. Hoc idē hortat p̱ euāgeliū. Sup̱ cathedrā moysi ꝛc. mat. xxiij. c. vbi sequit. Vnꝰ est mgr̄ vester. ⁊ vnꝰ est pater vester q̄ in celis est. q̄ habet curā de oibꝰ. Rursus sareptana mulier in introitu affectū ad xp̄m oñdit dicēs. Tibi dixit cor meū. In graduali se ip̄am ꝯsolat ⁊ hortat dicēs. Iacta cogitatū tuū. In offerenda misericordiā petit. In communione quasi secura se mirabilia narraturā promittit.

De quarta feria.

Q Varta feria est d̄ opnia. q̄ feria ē dies penitētie. In illa em̄ traditus est saluator. Et ostendit in ep̄la. Orauit hester ꝛc. Hester. xiiij. c. q̄ntum eā orōo faciat efficacē p̱ orōnem hester. que cū regina existeret i duta fuit cilicio. ⁊ p̱ orōnez impetrauit suspensionē aman in patibulo. qd̄ parauerat mardocheo. Quia vo penitentia cōcipit timore iudicij. ideo de psalmo penitētiali q̄ intitulat p̱ octauā resurrectōis. scꝫ. Dn̄e ne in furore. sumit introitus. Ne derelinquas me ꝛc. Quia vero nō valet penitētia nisi imitet xp̄m. ideo sequit euāgelium. Ascendens iesus ꝛc. Matth. xx. ca. De cruce christi vbi habet. Ecce ascendimus hierosolimaꝫ. Et sequit ibidē de filijs zebedei qui petiert vt vnus sederet a dextris ⁊ alius a sinistris. Et dixit ei dn̄s. Potestis bibere calicē quem ego bibiturꝰ sum ꝛc. Qui nō biberit de calice penitētie. nō bibet de calice glorie. Et postpōit se xp̄s apostolis in exemplum qui de hoc irascebantur.

De quinta feria.

Q Vinta feria est d̄ piscibus ⁊ auibus. id est. de non cōfidentibus in dn̄o ⁊ confidētibus in hoie. de quibus habet in epistola. Maledictus homo qui cōfidit i homine. Hiere. xvij. ca. Et ponit carnem brachiū suuꝫ ꝛc. Et post benedictus vir qui confidit in domino. Et hec ostēdūtur per euangelium. Homo quidaꝫ ꝛc Luce. xvj. quod est de diuite ⁊ Lazaro. Diues em̄ non ꝯfidebat in dn̄o. ⁊ ideo i inferno positus est. pauper vero cōfidebat. ⁊ ideo in sinu abrae req̄escit. In offertorio vero. precatus est Moyses ꝛc.

ostendit ꝙ oro iusti efficax est. Moy-
ses enim erat ouis. quia mansuetissimus
hominū fuit. ⁊ est forma ieiunij. ⁊ pla-
cationē impetrauit sup irā qua domi-
nus iratus erat iudeis ꝓpter vitulū cō-
flatile. Rursus quidē hodie legūt euā-
gelium. in q̄ docet dñs non in hominis
sed solꝰ dei testimonio cōfidendū. de se
ipso eñ loquēs ait. sm carnis fragilita-
tem. Si ego testimoniū ꝑhibeo de me-
ipso. testimoniū meū nō est verū. Et in-
fra. Ab homine testimoniū nō accipio
Et infra. Habeo testimoniū maiꝰ Jo-
hanne. His cōsonat premissa lectio de
Hieremia. Maledictus hō qui cōfidit
in hoīe ⁊c. Et infra. Benedictꝰ vir qui
cōfidit in dño. Cōfidens igit orat in in-
troitu ⁊ in graduali. ⁊ etiā in offerenda
in psona. Moysi in qua fit verborū re-
petitio. quia sepe ad dñm ꝓ populo in-
tercessit. De hoc etiā dictū est sub scda
dñica post epiphaniā. Cōmunio. Qui
māducat. Joh. vj. c. ostēdit quid vtilita-
tis ꝑueniat cōfidenti. scȝ ꝙ in xp̄o ma-
neat ⁊ xp̄us in eo. Et hec cōmunio bñ
cōgrueret sabbato ante dñicam palma-
rum. Notandū aūt est ꝙ sicut p̄sens
dñica vacat ab officio. ꝑut ibi dictū est
ita ⁊ omnes quinte ferie in q̄dragesima
quondā ꝓprio carebat officio. excepta
forte quinta feria cene dñi. Jlla tamen
mutuat introitū a tercia feria illā p̄ce-
denti. Nā sicut quelibet quīta feria au-
ctoritate melchiadis pape soluta erat a
ieiunio. ita ⁊ ab officio. Vñ btūs Gre-
gorius nullū in quīta feria instituit of-
ficium. Nihilominꝰ tñ hore ⁊ matutine
ac vespertinū officiū cantabant Vnde
necessariū erat vt sup benedictꝰ ⁊ mag-
nificat. antiphone de euāgelijs aliorū
dierū sumpte dicerent. Sȝ Gregorius
scd̄us instituit ieiuniū ⁊ officiū quinte
ferie. ea tñ que prius instituta erant de
matutinis ⁊ vesptinis officijs non mu-
tauit. Et inde est ꝙ antiphone que can-
tāt sup bñdictus ⁊ magnificat in q̄ntis
ferijs non cōsonat euāgelijs illius diei.
De hoc in quīta feria p̄cedentis hebdo-
made dictum est.

De sexta feria

S Exta feria agit d
opere sexte diei. in qua factꝰ est
homo et hortat nos ecclesia ad
mansuetudinē ⁊ patientiā. vt omnē iraȝ
de cordibus nr̄is remoueamus. ⁊ hoc
exemplo ioseph ⁊ xp̄i. Et est ep̄la. Di-
xit ioseph. Gen. xxxvij. c. de ioseph qui
multa passus est a fratribꝰ suis. ⁊ tñ sb-
limatus est velint nolint. Jn euāgelio.
Math. xxi. c. monemur ad p̄dicta exē-
plo xp̄i. Homo erat p̄rfamilias q̄ plan-
tauit vineā. i. iudaicū populū p doctri-
nam legis. Ad vltimū misit filiū suum
ad cultores vinee quē interfecerunt. ad
quos priꝰ miserat suos q̄s etiā interfe-
cerūt. Per hoc aūt scȝ p māsuetudineȝ
⁊ patientiā satiabimur in futuro. Vñ
introitꝰ est. Ego aūt cū iusticia appare-
bo in cōspectu tuo satiabor cū apparu-
erit glīa tua. Ad tolerādas etiā psecuti-
ones ꝓpter iusticiā hortat in graduali
Ad dominū cū tribularer ⁊c. ⁊ in offi-
torio. Domine in auxilium. ⁊ in com-
munione. Tu domine seruabis.

De sabbato

S Abbatuȝ est de
cōuersione vel confessione p q̄
homo cessat ab ope seruili. et
sic sabbatisat ⁊ recipit bñdictionē a do-
mino. q̄ bñdixit diei septime. Ad h̄ aūt
instruimur p legē dñi ⁊ grām spiritussā-
cti. Vñ introitꝰ est de lege. Lex dñi ⁊c.
et est p̄mi toni. q̄ cōuersio ad deū ē p̄n-
cipiū bone vite. Vñ sequit. Cōuertens
animas. Sequit. Justicie dñi recte leti-
ficantes corda. q̄ dant sabbatū sp̄uale.
Et hec p̄ncipalit habent p grām. quod
ostendit p epistolam. Dixit rebecca ⁊c.

Gene. xxvij. in q̃ hr̃ q̄ rebecca monuit iacob vt afferret p̄ri suo ysaac duos hedos. Per rebeccã grã dei itelligit̃ que nos monet et inspirat nobis offerre deo abominationẽ de pctõ ⁊ cõfessiõez q̃ p hedos designant̃. Hedꝰ eñ aial fetidũ ẽ. ⁊ hꝫ carnes sapidas. Cũ eñ hoi fetet pctm̃ suũ. confitet̃ illud. qđ valde placet deo ⁊ angelis eius. q: gaudium est ãgelis dei sup vno pctõre penitẽtiã agente. Sequit̃ aũt in epl̃a. de rore celi .i. de grã celesti. ⁊ de pinguedie terre. i. abũdãtia tpaliũ. sit bñdictio tua. ⁊ p̄ponit de rore celi. q: boni spũalia p̄ponũt tpalibus. ⁊ postea sequit̃ de pinguedie terre. q: p̄mũ q̃rite regnũ dei ⁊ hec oia adijcient̃ vob. Boni ei oia hñt. vñ apl̃s tanq̃ nihil hñtes et oia possidẽtes. Mali siĺiter petunt bñdictionẽ q̃ p esau designant̃ Sꝫ q: ipi p̄ponũt tpalia spũalibus. di eis. de pinguedine terre ⁊ de rore celi erit bñdictõ tua. ⁊ si eñ habeant aliq̃ spũalia. tñ p̄ponunt eis tpalia. Sequit̃ rñsoriũ. Bonũ est ꝯfiteri dño ⁊c. q̃si diceret eccia. Ex quo p ꝯuersionẽ ⁊ cõfessionẽ pcti ⁊ reprobatõez hr̃ bñdictio. ⁊ tpalia et spiritualia bonũ est cõfiteri dño. Item hr̃ in euangelio Lu. xv. Hõ quidã habuit duos filios ⁊ petijt vnus dicens. Da mihi portionẽ hereditatis que me cõtingit. ⁊ diuisit illis substantiam suã. et postq̃ ille cõsumpsit oĩa postea fuit tãta fames i terra ad quãvenit vt cõpelleret̃ fame esse porcarius. i. subulcus. ⁊ dixit reuersus ad se. quãti mercẽnarij ⁊c. Qñ eñ homo oia bona sua amisit per peccatũ. non hꝫ quid comedat et ꝑmittit ita deus ipm cadere. vt arguat eũ malicia sua vt legit̃ Hier. ij. circa mediũ. et moriatur fame. et dicat quot sunt. s. in eccia. qui habent iocunditatẽ mentis. et ego fame pereo. Reuertar in domũ patris mei. vnde i Exo. ix. habetur. q̄ egyptij cõpellebãt filios isrl̃ exire de egypto. Tũc recipit̃ ⁊ dat̃ ei p̄ima stola. i. gratia. et ita in euãgelio hr̃ de conuersione. Rursus tñ ꝫ in euangelio vbi agit̃ de duobus filijs q̃ in epl̃a vbi agitur de iacob et esau. duorũ populoꝝ iudaici videlicꝫ et gentilis significatio continetur. iudaicus grãm spũalem amittit. gentilis vero cõuersus ad penitentiaꝫ de lege domini in introitu gloriatur et cantat. In graduali vero dño confitetur et laudat. In offertorio oculos suos petit illuminari ne dormiat vt inimicus non p̄ualeat ei. Et attẽde q̄ rõnabiliter in secunda q̃dragesime hebdomada legitur euãgeliũ de filio prodigo reuertente ad patrẽ. q: gentilis populus p doctrinã legis et euãgelij ad creatoris cultũ reuertitur. et quis penitens p fidẽ ⁊ opatione. vel p duo p̄cepta caritatis dño reconciliatur. Cõio est, oportet te gaudere. Luce. xv.

De dñica tercia quadragesime.

Tercia dñica est cõfessionis. ⁊ quarta refectõis Sicut eñ supra dictũ ẽ. dñs i p̄ima dñica. xl. armauit militẽ suũ. i secũda ostendit ei p̄miũ. ammodo q̃ nõ restat nisi vt ostendat̃ via. q: p cõfessiõꝫ ⁊ refectionẽ illuc venit̃. Est ergo dñica illa confessionis. Est autẽ duplex cõfessio. s. peccati et laudis. quas hr̃e dꝫ hõ. Per humilitatem eñ confessionis expectat hõ a deo omnia que expectat. scꝫ liberationẽ ⁊ donũ gratie ⁊ omnia alia bona. vñ de introitus est. Oculi mei sp ad dñm ⁊c. et est septimi toni. quia p septiformem gratiã spiritussancti euellit̃ homo de laqueo dyaboli. Per cõfessionẽ eñ euitantur mala. Et ideo fit statio ad sanctum Laurentiũ qui per confessionem liberatus est Hec humilitas liberauit ioseph de manibus fratrũ suoꝝ et de carcere. et ideo cantatur de ipso in officio nocturnali. Adhuc dominica ista sexta est a dominica septuagesime.

et sexta feria dn̄s crucifixꝰ ē. Et ideo fit
mentio de passione que per Joseph si
gnificatur. et ita etiā ipsi diei competūt
que dicuntur. Nam xp̄s ꝑ humilitatē
liberatus est ab insidijs fratrū suorū. i.
iudeorum. et exaltatus est in toto egy-
pto. i. mundo. et ita que litteraliter ac-
ta sunt circa Joseph. spiritualiter sunt
facta erga christum. Et nocturnum of
ficium ordinē comitatur historie. Cū
eñ in ꝓcedenti dominica cantatū fue-
rit de Jacob. in hac succinit̄ de Joseph
qui venditus a fratribus illos in fame
vitauit. et Christus a iudeis crucifixꝰ
sua morte humanū genus redemit. ⁊
redimēdo a demonio liberauit. prout
in euangelio legit̄ hodierno. Ceterū q̄-
lis debeat esse confessio ostendit apl̄us
in epistola. Fratres imitatores ⁊c̄. ad
Ephes. v. ca. Primo eñ esse debet i hu
militate. scʒ vt humiliemus nos deo. et
ita in nouitate vite ambulemus. Secū
do in ꝑseuerantia. s. vt homo nō redeat
ad vomitū. ⁊ vt infamia peccati remo-
veat̄. vnde dicit. Fornicatio autē ⁊ im-
mūdicia nō noiet̄ in vobis ⁊c̄. hoc fit ꝑ
ꝑseuerantiā in bona vita. Ad hoc idem
hortamur i euāgelio in fine. in q̊ ondit̄
ꝙ gr̄a expellit pctm̄. Erat inquit iesus
eijciēs demoniū ⁊c̄. Lu. xi. ⁊ Mat. xij.
Jesus. i. gr̄a. Iste idē demoniacꝰ cecus
dr̄ a Math. ⁊ Beda. Cecus iquit beda
videt. mutus loquit̄. possessus a demo
nio liberat̄. Et cū eiecisset demoniū lo-
cutus est mutꝰ. qꝛ qn̄ hoi data ē gr̄a. cō
fitet̄ ⁊ loquit̄ in ꝯfessione. Postmodū
ondit dn̄s stabilitatē regni sui ꝑ indiui
duā charitatē. ⁊ instabilitatē regni dia-
boli. Oē inqt regnū in seipm̄ diuisum
desolabit̄. Et sic regnū diaboli ⁊ suorū
q̊ diuisi sunt a deo destruet̄. Sʒ regnū
dei manet in eternū. Et ita inuitat om
nes homines ad regnum suum qd̄ ma
net. Propter hoc debet homo ꝑseuerā
ter agere opera confessionis, quia ꝑ ea
habebitur regnum celorū. Et ideo rn̄
sorīū est. Exurge domine non preuale-
at homo. id est diabolus qui nobis in-
tendit auferre regnū celorū. Hoc igit̄
intendit ecclesia vt simus ꝑfecti in con
fessione. et similiter perfecte moriamur
peccatis. vt per bonam vitam etiā infa
mia peccati deleatur. sicut dicit dn̄s per
Hieremiā. Perdam babylonis nomē
Hoc dicit. quia gratia expellit peccatū
⁊ infamiā. Sequit̄. Et reliquias ⁊ ger-
men babylonis ciuitatis. i. memoriam
delactabilem. vt scʒ homo doleat quan
do ad memoriā reducet. Rursus qꝛ
sicut in euāgelio dicit̄ surdus audiuit.
⁊ mutus verba dei narrauit. Ideo dic̄
in introitu. Oculi mei semper ad dn̄m.
et ne iterū deficiat misc̄diam implorat
subdens. respice in me. Et in graduali
Exurge dn̄e. Deinde vox quondā mu-
ti secunda facundia. cuius os aperuit
sapientia preces suas ingeminat. et de-
centi similitudine in tractu ꝑorat dicēs
Ad te dn̄e. In offerenda iam loquens
ꝓdicat iusticias dn̄i rectas. eo ꝙ a se hu
miliato demoniū exierat. Sʒ ad iudai
cum populū supbientē spūs immūdꝰ
redierat. In ꝯmunione de muto fctūs
orator gratulat̄ ꝙ sicut passer inuenit si
bi domum et turtur nidum.

De secunda feria

In dominica pre
cedenti dictū est ꝙ dn̄s saluat
ꝑ cōfessionē. in hac vo scd̄a fe
ria ostendit ꝙ dn̄s saluat etiā ꝑ baptis-
mū. Sʒ qꝛ baptismꝰ dat̄ ꝑ trinitatē. Jō
de trinitate est introitus. In deo lauda
bo vbū. ⁊ ponit̄ ibi ter hoc nomē deus
Et est de tercio tono. qd̄ totū cōtingit ꝓ
pter hoc ꝙ loquit̄ de trinitate. Epl̄a vo
Naamā princeps ⁊c̄. q̊ est. iiij. Re. v. c. ē
de naamā quē misit rex syrie dn̄s suꝰ ad
helyseum vt sanaret eū. et ꝓcepit ei vt i
iordane se lauaret septies. ⁊ fieret eiꝰ ca

ro sicut caro pueri. et ita factũ ẽ. Jordanis interpretatur descensus humilitatis in q̃ eccia mundari petit. ⁊ hoc facit ad preceptũ dñi q̃rens p humilitatẽ salutez in aqua q̃ est iferior creatura. Postmodũ sequit rñsoriũ. Deus laudẽ meã ne tacueris. in q̃ humiliat se eccia p ↄfessionẽ. ⁊ est tercij toni. rõe p̃dicta. In euãgelio vo. Dixerũt pharisei ad iesũ. Lu. iiij. c. oñdit dñs q nõ sunt missi pphete nisi ad humiles. sic helyse⁹ ad naaman et helyas ad viduam. ⁊ oñdit supbiam iudeorum. postea dicit. Jesus aũt trãsiẽs p mediũ illorũ ibat. ad significãdum q humilis quicquid sibi fiat viam suam nõ derelinquit.

De tercia feria

Tercia feria est

lam in qua pilatus scripsit. Jh̄s nazare
nus rex iudeoꝝ. quā vidimus parisius
in capella illustris regꝭ francoꝝ vna cū
spinea corona. ⁊ ferro ⁊ hasta lancee. et
cū purpura qua xp̄m induerūt. ⁊ cū sin
done qua corpus xp̄i fuit inuolutum. ⁊
spongia ⁊ ligno crucis ⁊ vno ex clauis ⁊
aliis reliquiis multis. Et cum cere⁹ chri
stum significet. merito in dicta tabula i

scribitur annus dn̄i tunc currens cum eius incarnatione. quia in cereo notat ꝙ christus est annus antiquꝰ ⁊ magnꝰ plenus dierum. de quo in octaua parte sub ti. de anno solari dicet. Ideo autem xp̄s annus dicit. qꝛ sicut in anno dierū habetur multitudo fructuū. ita in xp̄o fuit ⁊ est multitudo oīm bonoꝝ fructuum. Habet em̄ xp̄s suos menses. vt sūt duodecim apostoli. ⁊ suos dies vt sunt oēs fideles. ⁊ suas horas vt sūt neophici. Scribit etiā in ipa tabula annus ab origine mūdi currēs ad notandū ꝙ ipe est alpha ⁊ o. Scribunt etiā ibi inditio vel hera ver epacta. de quibꝰ sub dicto titulo de anno solari dicet. ad notandū ꝙ hoīm actōes ⁊ temporꝝ successiones ꝑ dei dispositionē ordinant. In quibusdā ecclesijs additur alter cereus minor. Primus maior ꝯsecrat in ꝑsonam xp̄i: dicentis. Ego sum lux mundi. Alter in ꝑsonam apostoloꝝ. quibus ipe dn̄s inquit. Vos estis lux mundi. Vterqꝫ cereus p̄cedit cathecumios ad baptismū ⁊ apl̄i nos ad terram ꝓmissionis. Item xp̄s ꝑ se illuminat ecclesiam. illuminat etiā illam ꝑ apl̄os. quoꝝ precepta diligenter intueri ⁊ obseruare debemꝰ. Qđ ostendit ex illuminatione alioꝝ cereorum qui ab illis duobus illuminantur In plerisqꝫ ecclesijs duo alij parui cerei accendunt a maiori ⁊ statuunt vnus ab vna p̄te cerei benedicti. alius ab alia. q̄ significant sanctos veteris ⁊ noui testamenti. qui ꝑ xp̄m illuminati sunt. vl̄ doctrinam apostoloꝝ ⁊ prophetarū q̄ cum xp̄o concordāt. Illi autem ⁊ cetera ecclesie luminaria ex igne maioris cerei accendunt. ad figurandum ꝙ ignis spiritussancti a xp̄o ꝓcedit. ⁊ ꝙ non solum ꝓphete ⁊ apl̄i qui per duos cereos significant. verum etiā oēs ecclesie fideles a xp̄o illuminati sunt. qui ideo sunt duo. tum qꝛ apostoli bini ad p̄dicandū missi sunt. tum qꝛ discipuli ⁊ alij illuminati a christo gemina charitate feruent. et tam verbo qꝫ exēplo lucēt. Possunt etiam ipi duo cerei cathecuminos significare. q̄ a lumine maioris cerei accendūtur. qm̄ a lumine xp̄i oportet cathecuminos illuminari. Lumē quidem xp̄i est eius gloria ⁊ doctrina que per sequētes lectiones intelliguntur seu insinuātur.

Tertio loco circa lectiones ⁊ circa tractus sciendū est ꝙ lectiōes que christi gloriā ⁊ doctrinam significant. idcirco carent titulo. qꝛ cathecumini nondū sunt ciues hierusalem ⁊ scripturas ignorant ⁊ nomina ciuium ignorant. Vnde si eis nominarent nomina doctorum veteris vel noui testamenti. forte potius contemnerent qꝫ venerarent. Carent etiam titulo. qꝛ xp̄s caput nostrum nondū redditū est nobis Legunt quoqꝫ sine tono. qm̄ in eis insipientes ⁊ cathecumini simplices instruunt. Lectiones aūt in quibusdā ecclesijs legunt quattuor. in q̄busdā sex. i q̄busdā. xij. ⁊ in quibusdā. xxiiij. Qui q̄ttuor legūt. iō faciūt. qꝛ doctor cathecuminoꝝ debet esse ꝯuiuator eorū. debet em̄ eis parare ꝯuiuiū in mēsa sacre scripture q̄ ꝑ mensam que in tabernaculo dn̄i fuit significat. que quattuor pedes habuit. qꝛ sacra scriptura quattuor modis exponit. videlicet hystorice. allegorice. tropologice ⁊ anagogice. qđ plenius dictū est in ꝓhemio huiꝰ libri. Prima lectio. In principio creauit deꝰ celū ⁊ terrā que est Gen̄. j. ca. historiam monstrat. Ad litterā em̄ facta sunt que ibi dicunt de creatione celi ⁊ terre ⁊ aliarū rerum de hoīe q̄ factus est ad imaginem ⁊ similitudinem dei. ⁊ sic de alijs. Secunda lectio scʒ. Factū est in vigilia ⁊c. que est Exod. xiiij. ca. pertinet ad allegoriam. Tertia scʒ apprehendent septem mulieres ⁊c. que est Isa. iiij. cap. ad tropologiam. Quarta scilicet. Hec est

hereditas seruoꝝ.que est ibidē.lv.c. ad
anagogiā.ꝓut infra patebit. Veruz si
diligenter attēdere volum⁹.ṕma lectio
et secūda tam ad ṕmū ꝗ̃ ad secundum
pedē ꝑtinent tercia poti⁹ ad secūduz ꝗ̃
ad terciū. Prima ꝑtinet ad secundū pe
dem sicut ad primū. Naz que in ea hy
storice dicunṫ.allegorice exponūṫ Ver
bi grā. Factus est hō.i.xp̄us ad imagi
nem ⁊similitudinē dei.masculū.i.xp̄m
et feminam.i.eccl'iam creauit eos. Vel
etiā partim ad secundū.partim ad ter-
cium referṫ.q꞉ opera sex dierū coaptan
tur operib⁹lucis spiritualis.qua interi
us reformamur ⁊ illūinamur. Nempe
opus prime diei fuit lux qua significaṫ
illuminatio fidei. Opus secūdi diei fu-
it firmamētū.qđ diuidit aquas superi-
ores ab aquis inferioribus. Hoc est fir
mamētū sacre scripture.qđ diuidit aq̃s
suꝑiores.i. angelos q̇ eo nō indigēt ab
aquis inferiorib⁹.i.hoibus qui eo indi
gent. Opus tercij diei fuit segregatio a
quarū ab arida.i.segregatio eoꝝ qui de
diti sunt fluxui carnaliū voluptatū. ⁊ q̇
queādmodū aque se ⁊ alios quatiunt.
ab his qui ad modū aride sitiūt fontez
aque viue vt possint fructificare dicētes
Sitiuit aīa mea ad deū fontem viuum.
Quarte diei opus est creatio lumiariū
in firmamēto. Hec luminaria sunt do-
ctores.qui inherentes firmamēto sacre
scripture inferiorib⁹ lumine scie lucent
Quinte diei opus est creatio piscinz et
auiū ex aquis.ꝑ que intelligunṫ renati
ex aquis baptismatis.quoꝝ quidaz be
neficio baptismatis vtunṫ ad modum
pisciū vt paruuli.quidā vero alis gemi
ne caritatis ad instar auiū volāt ad su-
periora vt boni adulti. Vn̄ i ṕma lcōe
dꝛ. Spūs dn̄i ferebaṫ suꝑ aq̃s.s.baptis-
mi. In aq̃s eñ remanēt pisces.i.curiosi
Aues vo.i.baptisati ad celestia volant
Sexte diei opus est creatio aialiū d ter
ra. Siquidē terra caro nostra est ex qua
creanṫ aialia cū ex ea ꝓcedūt opa visua
et ita interior hō noster reformaṫvt i eo
imago ⁊ silr̄itudo dei reluceat.ꝭm qđ di
ctum ē ibi. Fact⁹ hō ad imaginē ⁊ silr̄i-
tudinē dei Rursus ꝑ ṕmā lctōez instru
unṫ baptizādi ne credāt manicheis qui
dicūt oīa ħ visibilia a rege tenebrarum
fore creata. P⁹ istā ṕmā lctōem nulluz
sequiṫ cāticū. Sūt eñ q̃ttuor cātica sic
et q̃ttuor lctōes. P⁹ duas ṕmas sequiṫ
vnū cāticū.p⁹ terciā vnū cāticū.⁊ p⁹ vl-
timā duo cātica sequūṫ. P⁹ ṕmā ḡ nō
sequiṫ cāticū.q꞉ in eo agiṫ đ ṕmo hoie
q̇ creat⁹ deū nō laudauit.ꝫ p eccauit ⁊ i
eo oēs peccauerṫ.iđoq꞉ poti⁹deberet se
q̇ luct⁹ ꝗ̃ cāticū qđ est exultatio mētis
habita de eṫnis. Quia vo ṕm⁹hō ꝑ ob
lectamēta pcti a gl'ia cecidit.⁊ ad eaz re
dire possum⁹ si rōne ꝯ pctm̄ steterimus
idcirco orat sacerdos statim p⁹ lctōem
dicēs. De⁹ q̇ hoiem mirabiliter creasti
⁊ mirabili⁹ reformasti.da nob ꝯtra ob-
lectamēta pcti i mentis rōne resistere.vt
ad eterna gaudia ꝑuenire mereamur.
Et in eo etiā ꝙ ipe dic̄ q̇ hoiem mirabi-
liter creasti ⁊ mirabili⁹reformasti.innu
it ꝙ in ꝑcedēti lectiōe historice agiṫ de
hois creatiōe.⁊ allegorice de ei⁹redem
ꝑtione.i.de illo ꝑ quē facta ē redēptio.
In scđa q̇z lctōe ē historica narratio.ꝫ
ipa ꝑtinet ad secūdū pedē mense.q꞉ qđ
ibi historice dꝛ.allegorice itelligiṫ. Naz
sicut in mari rubro submersis egyptijs
liberati sunt hebrei.ita in baptismo sb-
mersis vicijs ⁊ peccatis liberaṫ popu-
lus dei. Vnde post illam lectionem se
quitur canticū leticie ⁊ exultationis. vi
delicet Cantemus domino. Exodi.xv.
cap̄.in quo exultat populus xp̄ian⁹.q̇a
spiritualibus egyptijs per baptismum
est liberatus.sicut iudei a corporalibus
et ideo sacerdos orat vt dominus ad sa
lutē gentiū operēṫ in aquis baptisma-
tis mysteriū quo ipse priorē populum
ab egyptijs libauit.ꝑ egyptios qđē pec

catores.ꝑ mare rubꝝ baptismꝰ intelligi
tur.ex q̄bus egyptijs neqꝫ puꝰ neqꝫ ma-
gnus ꝑmāsit.nec etiā in baptismo ma-
gnū vel ꝑuū pctm̄ remanet.qꝺ in peni
tentia facile nō ꝯtingit.Recte ꝰ subijcit
canticū illud.Cātemꝰ dn̄o.qꝛ licꝫ q̄ꝺdiu
hō in peccato est.deū laudare non pōt
qꝛ non est speciosa laus ī ore pctōris.tn̄
cum liberatꝰ est.potest cātare dn̄o ꝓmū
canticū.s.de liberatōe sua.Tertia ꝟo le
ctio q̄ est de Jsa.ꝑtinet ad scōm pedem
mense.s.ad allegoriā.licet ⁊ ad tertiū.s.
ad tropologiā vtcūqꝫ valeat coaptari.i
ea em̄ cōtinent sacrā xp̄i ⁊ eccl'ie.Sacra
mētū xp̄i ibi notat Apphēdēt septē mu
lieres virꝝ vnū.Septē mlr̄ieres sūt septē
dona spūsscti in baptismo collata.que
apprehenderūt vnū virū.i.xp̄m.vt ī eo
plene quiescerent.quod in alio homine
facere non poterāt vicijs ⁊ peccatis im-
pedientibꝰ.Sequit ibi.Panē nostruꝫ
comedemus qꝺ ad ip̄m spūmsanctum
cuius hec dona sunt refert.Nā spm̄san
ctū panē suū comedere ⁊ vestimētꝭ suis
coopiri.nihil aliud est q̄ꝫ ip̄m equalita-
tē pr̄is ⁊ filij possidentē nullo indigere.
Postea subiungit.Tātummō inuocet
nomē tuū suꝑ nos.i.illi in quibꝰ erit ha
bitatio tua a nomine tuo christiani di-
cant.Aufer opprobriū nostrū quod scꝫ
in alijs hoībus passi sumus a quibus se
pe ꝑ vicia ⁊ peccata expulsi sumꝰ.Hec
est ergo allegoria.Moraliter autē ꝑ se-
ptē mulieres intelligunt hoies septifor
mi gratia repleti.i.sapientes.intelligen
tes.cōsulentes.fortes.sciētes.pij.timorē
dn̄i habentes.Qui apphendēt vnū vi-
rū.i.xp̄m.ei ꝑ fidē ⁊ charitatē adheren-
do.hi dicant q̄ in lectione ipsa sequit.s.
Panē nostrū comedemus.i.corpus tu
um quod est noster panis.qꝛ nobis ad
refectionē datur.vestimentis.s.bonorū
operum contra frigus peccati operie-
mur.inuocetur tātummodo nomē tu-
um super nos.vt videlicet a te xp̄iani di

camur.Aufer opprobriū nostrum.s.ne
serui diaboli nominemur.In eo ꝟo qꝺ
sequit.si abluerit dn̄s sordes filiaꝝ syon
⁊ lauerit sanguinē hierusalē de domo
eius in spū iudicij ⁊ spū ardoris.notat
sacramentū ecclesie.Per sordes notat
leuiora pctā.ꝑ sanguinē grauiora.Leui
ora em̄ peccata lauat dn̄s in spū iudicij
i.leuioris correctōis.grauiora in spū ar
doris.i.grauioris satisfactōis.Notat igi
tur in hoc effectū baptismi.qꝛ dn̄s tā ꝰ-
uiora pctā q̄ꝫ leuiora tollit ꝑ baptismuꝫ
Post hanc lectiōeꝫ sequit cāticū qꝺ est
ꝓmū canticū synagoge.s.Facta ē vinea
dilecto meo.Jsa.v.c.Vinea em̄ ad lit-
terā synagoga est.sepes circa eā sunt ob
seruātie legales.turris in ea ē templuꝫ.
torcular altare holocausti.Et in eis sac-
menta eccl'ie nihilominꝰ intelliguntur.
Vinea em̄ est eccl'ia q̄ facta est ī cornu
illo.s.de quo scriptū est.Erexit cornu sa
lutis nobis.hoc cornu est xp̄o ⁊ vinea
facta est in loco vberi.Christus est locꝰ
vber.de quo dictū est.Mons dei mons
pinguis.Circa hanc vineā sepes est di-
uina ꝓtectio.fossa timor dn̄i.turris ip̄e
xp̄s.De quo dictū est.Esto nobis dn̄e
turris fortitudinis.Torcular crux xp̄i.
de quo scriptū est.Torcular calcaui so-
lus.Et qꝛ in lectione ⁊ cātico exprimū-
tur sacramēta eccl'ie ⁊ synagoge.idcirco
sacerdos orat dicēs.Deus q̄ nos ad ce-
lebrandū pascale sacramentuꝫ vtriusqꝫ
testamēti paginis instruis.Vtriusqꝫ te
stamēti dicit.vt notet vtriusqꝫ sacramē-
tū.Et subdit.Da nobis intelligere mi-
sericordiā tuam.vt perceptione p̄senti-
um munerū firma sit expectatio futuro
rū.Misericordia dn̄i quā nos intellige
re optat.est remissio peccatorum in ba-
ptismo.Presentia igit mūera sunt spi-
ritualia dona que in p̄senti ꝑcipimus.
Quarta lectio est.Hec ē hereditas ser-
uoruꝫ dn̄i.⁊ iusticia eoꝝ apud me dicit
dn̄s.Et ꝑtinet ad quartū pedē mense.s.

ad anagogem. Nempe sicut ex pdictis ptz in pma lectoe instruit hō de sua formatōe. In scda de tertia. de reformatione que fit in baptismo p ihm xpm. Vñ iam nō restat nisi qꝫ instruat cathecumi nus de vita btā ꝛ de bonis morib⁹ p q̄s ad eā venit. que in hac q̄rta lectōe docē tur. Siquidē vita eterna est hereditas: q̄ seruis dñi debet ꝛ iusticia eoꝝ ē apud deum esse. Nā meritis eoꝝ iuste debet: vt apud eum eternaliter q̄escant. Ea vo q̄ sequunt ad mores ptinēt. vt illud Audite audiētes me ꝛ comedite bonū ꝛ delectabit in crassitudine aia vestra. Per bonū intelligit Jhs xp̄s vel verbū ei⁹: quo oiā reficiūt. Vñ notās delitias aie non carnis dixit. Delectabit in crassitu dine aiā vestra. Hanc lectionē sequunt duo cātica in quibusdā eccl'ijs. In ea ei agit de hereditate eterna que erit i duobus. l. in gloria anime ꝛ corporis. sed cō uenientioꝛ est rō. qꝛ in ea agit de duob⁹ scꝫ de moribus bonis. ꝛ vita beata. vt di ctū est. Primū canticū est. scꝫ. Attende celū. quod ē Deut. xxxij. ad bonos mo res ptinet. Vñ verba cātici huius v̄bis lectōis in plerisqꝫ respondēt. In lectiōe eñ dr. Feriā vobiscum pactū sempiter nū misericordias dauid fidelis. Et in cā tico dr. De⁹ fidelis ꝛ absqꝫ vlla iniq̄tate Et ibi dr. quō descēdit imber ꝛ nix d ce lo. ꝛ illuc vltra nō reuertit ſꝫ inebriat ter rā ꝛ germinare eā facit. Hic dr. Quasi imber sup herbā. ꝛ nix super fenū ꝛc̄. Et qꝛ bona oia que facim⁹ sunt ad dei glo riā referēda. idcirco circa finē lectionis dicit. Date magnificentiaꝫ deo nostro. Attendēs vero sacerdos cathecuminorū animos esse deuotos ꝛ ad baptisandū esse paratos. orat qꝫ dñs quos aq̄ baptismatis abluit ptinua ptectione tueatur. Postea vero sequit canticū in psona cathecuminoꝝ respondentiū se offerare baptismū. vt p hoc ad visionē dei pueniant. Vñ cantatur. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquaꝝ. Ita desiderat aia mea ad te deus. Sup quo Aug. di cit. qꝫ hoc in psona cathecuminoꝝ dicit desiderātiū ad fontē baptismi puenire. sicut desiderat ceru⁹ ad fontes aquarū venire. Post expoit desideriū suū cathe cuminis dicēs. Sitiuit aia mea ad deū fontē viuū quando ve. ꝛ appa. ante faci em dñi quasi dicat. Si nō in ingressu. si non in pgressu. satiaboꝛ tñ in puentu. Hoc desideriū confirmat sacerdos orās ꝛ dicens. vt desiderijs celestibus accēsi fontē vite sitiam⁹. Qui aūt sex lectiōes legūt hoc faciūt: qꝛ p xp̄i passionē ꝛ resurrectionē mūdus sex dieb⁹ pfect⁹. re demptus. ꝛ repatus est. vel pter senarium numeꝝ q̄ pfectus est. vel qꝛ cathecu mini ad sex opa misericordie inuitant.

Nunc tāgam⁹ cōsuetudinē eccl'iaruꝫ xij. lectiones legentiū qd̄ faciūt i honorē duodecim apostoloꝝ. a q̄b⁹ post christū ois doctrina xp̄ianitatis pcessit. a q̄ cathecumini illuminant. ꝛ hi qñqꝫ legūt sex grece ꝛ sex latine. qꝛ xp̄s a iudeis ad gentes trāslatus est. Greca eñ ꝛ latina lingua sunt pncipaliores inter alias. et p eas apte totū genus aīm gentiū reparatū p xp̄m intelligimus. Verū ꝛ si pmissi legāt. xij. lectiones. non tñ cantāt nisi q̄ttuoꝛ cantica pdicta. Post quartā nanqꝫ lectionē cantāt pmū canticū. p⁹ octauā scdꝫ. post vndecimā tertiū. post duodecimā quartū. Prima lectō ē. In pncipio creauit de⁹ celū ꝛ terrā. in qua hō ad imaginē dei factus docet. Sꝫ hō imago pene amissa p pctm̄. restauratur p baptismum. Vnde sequit scda lectio Noe vero cum esset ꝛc̄. que est Gen. v. in fi. ꝛ. vj. vij. ꝛ. viij. c. in quo ostendit qꝫ oēs perierūt in diluuio. exceptis his q̄ in arca saluati sunt. Diluuiū ē baptism⁹ arca est eccl'ia. oēs eñ q̄ extra eccl'iaꝫ baptisant pereūt. ꝛ illi soli q̄ sūt i eccl'a merito saluant. Et qꝛ post baptismū debet esse patus ad tēptationē. idcirco sequit

tertia lectio. Temptauit de⁹ abraam. q̄ ē Gen̄. xxij. c. in q̄ Isaac legit a p̄re oblatus. ⁊ aries ꝑ eo imolat⁹. ⁊ ita dei filius ꝑ nobis oblat⁹ est. ꝫ non ei⁹ diuinitas. i mo eius corp⁹ ꝑ nobis est imolatū. Et qꝛ in passione dn̄i maiorē efficaciam baptism⁹ recipit. idcirco sequit q̄rta lectio scꝫ. Factū est in vigilia matutina. i qua on̄dit ꝙ in mari rubro sb̄mersi sunt egyptij ⁊ liberati hebrei. Sacerdos eniꝫ est Moyses baptism⁹ mare. cere⁹ columna ignis. cathecumini egyptij. baptisati hebrei. Tres ṗme lectiōes sumpte sunt de genesi. q̄rta de exodo quā sequit canticū silr̄ de exordio sumptū qd̄ est canticū victorie. Quinta lectio ē. Hec est hereditas sumpta de Isa. in qua agitur d̄ baptismo. ibi. Sitiētes venite ad aquas vbi inuitant ad baptismū. Sexta lectō est. Audi isrl̄ sumpta de Baruch. ca. iij: Sed ꝯuenienti⁹ dꝛ sumi de Hieremia. qꝛ q̇cquid scripsit Baruch ab ore hieremie sumpsit. In ea agit de xp̄i resurrexione q̄ in baptismi immersiōe significat. ibi. Post h̄ in terra visus est ⁊ cum hominibus ꝯuersatus est. Septima ē. Facta est sup me man⁹ dn̄i sumpta de Ezechiele. xxxvij. in qua agit de generali resurrectione. cuius causa precessit resurrectio xp̄i. ibi. Ossa arida reuiuiscūt Octaua est. Apphendent septē mulieres virum vnū. sumpta de Isa. in qua xp̄s ⁊ ecclesie sacramentū exprimit et etiā baptismus. ibi. Cum abluerit dn̄s sordes ⁊c̄. Post quā sequit cāticū Isa. in ꝑsona eccl̄ie videlicet. Vinea facta ē Noua ē. Dixit dn̄s ad Moysen. Exod̄ xij. ca. in qua sub figura agni immolati xp̄i passio ꝑ nobis imolati exp̄mit. Decima est. Factū est verbum dn̄i que est Ione. iij. c. Sub figura em̄ ione i mare ꝓiecti ⁊ a ceto absorpti. ⁊ tertia die euomiti significantur passio. sepultura ⁊ resurrectio xp̄i. Vndecia lectio. Scripsit Moyses. ⁊ est Deut. xxxi. c. in fine q̄nam sequitur suum canticum. Attende celum. in quo premittuntur premia renatis. quibus in lectiōe hereditas domini preponitur. Duodecima est. Nabuchodonosor. Dan̄. iij. ca. in qua figuratiue ostenditur ꝙ sicut angelus in camino ignis flammam extinxit. ita spiritussanctus per baptismum flammam peccati extinguit. Vnde cathecumini baptismū desiderantes cantāt canticū. Sicut ceruus desiderat ad fontes aq̄ꝝ quod sumptū est de p̄s. Ad orationē autem que post hanc lectionem sequit nō dicit. Flectamus genua. in detestatiōeꝫ eius ꝙ nabuchodonosor rex in cōtemptuꝫ dei coegit ppl̄m genua flectere an̄ statuā aureā quaꝫ erexerat. Romani vero dicunt legere. xxiiij. lectiones. xij. grece. ⁊. xij. latine ꝓpter causam scriptā sub sabbato quarte hebdomade aduētus. Primo legūt duodecim grece. iuxta trāslationē septuaginta interpretuꝫ. que est autentica apud grecos. postea. xij. latine. iuxta nostram. ⁊ vt significēt cathecuminos fundari supra fundamētum apostolorum ⁊ prophetarum. Postea descendūt ad baptismum cum cantico. Debent em̄ esse fontes i ecclesia et non alibi. quia mater est ex qua noua ꝓgenies generatur. Quicunqꝫ ergo numerus fuerit in lectionibus. quattuor tantum sunt cantica. Est autem canticum sanctorum intercessio facta pro cathecuminis. vt ecclesie iungantur. sicut ⁊ cantus post baptismum est gratiaruꝫ actio de coniunctis ⁊ intercessio: vt perseuerent. Ideo autem cantica cantantantur. quia cathecumini quorum est huius diei officium futuri sunt in proximo de cetu centumquadragintaquattuor miliū cantantiū canticum nouum Cantantur etiam propter futuram renouationem in veram innocentiam q̄si iam factum sit. quod cito venturū est. Ex ꝑsona em̄ eoꝝ cātores cātica canūt.

que ceteri cātare neqͥueūt.q̄si maculati
iterū post baptismū. Vocant aūt canti
ca qꝛ cātant. vel qꝛ libri vñ excepta sunt
cantica siue carmina vocant. De primo
scriptū ē. Tūc cecinit moyses ꝛ filij isrł
carmē h̄ dño. De scd̄o sic Cātabo dile-
cto meo cāticū patruelis mei De tertio
sic. Scripsit moyses cāticū. De quarto
ꝛ de oībus ita dicit Aug. in p̄fatione cā
tici. Sicut ceruꝰ. Jō q̄ttuoꝛ cantica di-
cunt. qꝛ scripture quibus cathecumi in
struūt q̄ttuoꝛ hn̄t intellectꝰ. Primū cā
ticū hꝫ intellectū historicū. scd̄m allego
ricū. terciū moralē. q̄rtū anagogicū. q̊ꝝ
vnūq̄dq̄ʒ subdit lectōi in eodē dogma-
te cōsistēti. Ac iō vltimis q̄ttuoꝛ lectiōi
bus q̄ de bonis moribꝰ ꝛ celesti patria
disputāt cōiūgunt duo cantica q̄ de ea-
dem materia loquunt. vt p̄missum est.
Jlluo quoqꝫ notabile ē. q̊ q̊tcūqꝫ fuerit
lectōes. sp̄ orōes sequētes ad lectōes et
tractꝰ respiciunt p̄cedētes. Et est p̄poste-
rus ordo. alias em̄ p̄mo sacerdos orat.
scd̄o legit lectoꝛ. ꝛ exinde succinit cātor
Hic v̄o p̄mo legit vt neophicis doctri
na fidei p̄ponat. Scd̄o cantat in p̄sona
illoꝝ vt cognoscat quāta sit deuotio et
hilaritas baptisandoꝝ. q̄ cognita sacer-
dos orat cōsiderēter. vt eoꝝ deuotio non
deficiat. sed incremēta suscipiat. Et sic i
lectōibus tituli supprimunt. sic eadem
ratiōe orationibꝰ dñs vobiscū subtrahi
tur Et nota q̊ in hoc officio lctōes sunt
q̄si spes magistroꝝ. cantica q̄si beniuo-
lentia auditoꝝ. oratio sacerdotꝭ ꝛ respō
sio ppl̄i. s. amē. sunt q̄si cōfirmatiōes be
niuolentie p̄cedētis. Jtē hodie in lecti-
onibus ꝛ letanijs senes p̄cedūt ꝛ iuue-
nes subsequunt vt infra dicet.

Quarto loco d̄ bn̄dictōe fontiū
seu baptismi dicturi p̄mittimꝰ q̊
iō fit hac die baptismus. qꝛ in eo
cōsepulti sumꝰ xp̄o. ꝛ ꝓpt h̄ etiā bapti-
sanďꝰ ter imergit. ꝓut infra dicet. Se-
cūdo iō qꝛ baptismꝰ p̄tim a passione et
partim a resurrectōe vim suā accipit. a
passiōe ablutionē a pctīs. a resurrectōe
gratie innouationē. Tercia rō. qꝛ sicut
dñs tūc liberauit antiq̄s p̄res a carcere
infernali Vñ Jsa. Habitātibꝰ in regio
ne vmbre mortꝭ lux orta ē eis. ita ꝛ hac
die liberant a pctō originali. Jn fontiū
bn̄dictiōe ꝛ in cathecuminoꝝ imersiōe
q̄daꝫ vtunt simplicibꝰ ꝛ lineis indumē
tis ꝓpt rōem scriptā in p̄ma p̄te sub ti.
de altaris dedicatōe. De letania q̄ in be
nedictiōibus baptismi d̄r infra dicetur
Jn bn̄dictōe baptismi sunt sex. quoniā
sacerdos orat aquā manu tangit. voceꝫ
mutat. cereꝰ imergit. ꝛ alij cerei illumi
nant. insufflat sacerdos ꝛ crisma miscet
Primo ḡ orat deū p̄rem. ꝛ p̄ ipm̄ xp̄m
implorat sp̄ūmsanctū vt i fontes descē-
dat. ideoqꝫ in modū orōis legit. ꝫ ante
oīa ab astātibꝰ sibi captat beniuolētiaꝫ
salutādo eos dicēs. Dñs vobiscū. ꝛ illi
rn̄dēt. ꝛ cū sp̄ū tuo. q̄si dicāt. Dñs sit te-
cū i tāto sacramēto p̄ficiēdo. qꝛ sine eo
nil potes. Postea sacerdos alloquit do
minū q̄si longe posituꝫ rogans vt velit
adesse p̄ns dicēs. Omp̄s sempit̄ne deꝰ
adesto magne pietatis tue misterijs. ad
esto sacramētis ꝛc̄. Sꝫ qꝛ videt sacerdo
ti q̊ insufficiēs sit ꝛ indignꝰ ad inuocā-
dum tam magnū dñm. iō iterū circūstā
tes monet ꝛ vocē mutās dicit. Sursuꝫ
corda. ꝛ ipi respōdent. habemꝰ ad dñm
Jterū qꝛ dñs dicit. Adhuc te loquente
ecce assum. intelligēs iaꝫ dñm esse p̄ntē
monet alios secū gr̄as ei agere dicens.
Gr̄as agamꝰ dño deo nr̄o. ꝛ ipi rn̄dent
dignū ꝛ iustū est. Postea sacerdos do
mino tanq̄ꝫ p̄nti familiarit loquēs dic̄.
Vere dignū ꝛ iustū est equū ꝛc̄. Et po-
stea addit. Qui inuisibili potētia tua sa
cramētoꝝ mirabilit operis effectū. Po
stea ponit duo in q̄bus signatus ē bap
tismus. Primū in exordio mūdi nascē
tis. Scd̄m in purgatione mūdi nocētis
Primū est cū dic̄. Deꝰ cuiꝰ sp̄ūs fere-

bak sup aquas vt iã tũc inter ipa pmor
dia mundi v̄tutē sctificatõis aq̃ꝝ natu
ra ɔcipet.i.ɔceptura significaret. Scõꝫ
cũ subiungit.De⁹ q̇ nocentis mũdi cri
mina p aq̃s abluēs regeneratõis spēm
in ipa diluuij effusiõe signasti vt vnius
eiusdēq͡ʒ elementi mysterio et finis eēt
vicijs ꝛ origo v̄tutibus.respice i faciez
eccie tue ꝛc̄. Et terminat hãc orõnē. vt
tue maiestatis impio sumat vnigeniti
tu grãm de spũsctõ. Deinde ter tãgit
aquã manu. Primo diuidens aquã in
modũ crucis.p quã vt p̄missũ est bapti
smus maxime efficaciã hꝫ ꝛ recipit. vt
aq̃ spũscto fecundet. ꝛ spũs immũdus
expellat.De fecũdatõe dicit.Qui hãc
aquã regenerãdis hoibus p̄patã archa
na sui luminis admixtiõe fecundet ꝛc̄.
De expulsiõe demonis dic̄. Procul ḡ
iubēte te dñe ois spũs immũdus absce
dat ꝛc̄.vsq͡ʒ ibi. Nõ inficiendo corrũpat
Secũdo aquã manu tãgit.vt eã p inuo
cationē sctē trinitatis muniat.ne host͡ꝫ
ab illa expulsus redeũdi habeat ptãtē.
Vñ tãgēdo dic̄.Sit hec innocēs ꝛ sctã
creatura libera ab oi impugnatõis icur
su ꝛc̄.Nõ ex adiectiuis ibi posit͡ꝫ ɔijcit
q꞉ fons viu⁹ ad p̄rem.aq̃ regenerãs ad
filiũ.vnda purificãs ad spm̄sctm̄ refert.
Tercio aquã tangit cũ eã in q̃tuor ɔ̄pij̄c
ptes.put iã dicet.Trin⁹ igit aq̃ tactus
vnã sctē trinitat͡ꝫ opatõꝫ figurat. Hac
orõne finita bñdicit aquã di. Vñ bene
dico te creaturã aq̃ p deum viuũ ꝛc̄.vbi
tm̄ vtit v̄bo p̄me psone di. bñdico te. q̇
p̄mo vtebat v̄bo scđe.diri gēs sermõeꝫ
ad deũ.vel tercie loquēs de se ipo vel de
re bñdicenda. Vtit ḡ nũc v̄bo p̄me pso
ne.vt ondat se hoc facere ministerio.qđ
dñs facit autoritate.Et sic̄ in baptismo
dñi affuit trinitas. ita ꝛ i nr̄o baptismo
eã adesse oñdit. Patrē adesse oñdit cũ
dicit.bñdico te creaturã p deũ ꝛc̄.et fili-
um cum dicit. bñdico te p iesum xp̄m.
ꝛ spiritumsanctũ circa finem cum dicit

Descendat in hanc plenitudinē fontis
v̄tus spiritusscti. Sꝫ nota q͡ꝫ in bñdicti-
one q̇ est p p̄rem ponunt quinq͡ʒ mira-
cula in aq̃ facta añ aduētũ xp̄i. et in bñ
dictõe q̇ fit p filiũ.alia quinq͡ʒ miracula
in aqua facta post aduentũ.q̇ licet non
oino eodeꝫ ordine facta sint quo ponũ
tur.tñ q͡ʒtuꝫ ad mysteriũ rõnabiliter or
dinantur.et posteriora cõgrue priorib⁹
coaptantur. Priora hoc ordine ponũt.
Primo qui te sepauit verbo ab arida.
Secũdo.cui⁹ spũs ferebat sup te. Ter
cio q̇ te de padiso manare p̄cepit.Qrto
q̇ te in deserto amarã suauitate indita
fecit esse potabilē.Quinto ꝛ sitiēti po
pulo de petra ɔ̄duxit. Posteriora sic
ponunt. Primo. q̇ te in chana galylee
mutauit de aqua in vinũ.Secũdo.qui
pedib⁹ sup te ambulauit. Tercio. q̇ in
te a iohanne baptizat⁹ est.Quarto.q̇ te
vnacuꝫ sanguine de latere suo ɔ̄duxit.
Quinto.q̇ inte oēs gētes a discipulis
baptisari p̄cepit. In oib⁹ em̄ his bapti-
sm⁹ exp̄mit. ꝛ posteriora p̄orib⁹ p anti-
thesim rñdent. Ibi nãq͡ʒ in p̄mo mira-
culo aq̃.s.baptismi v̄bo sepata ab arida
accedēte v̄bo terrenitatē pctõꝝ a nobis
sepat et hic in p̄mo siliter in baptismo
aqua mutat in vinũ.q꞉ tristicia pctõrũ
expulsa mens nostra quadã spũali leti
cia inebriatur. q̇ per vinũ intelligitur.
vñ Vinũ letificat cor hois. Aq̃ in vinũ
mutari.ē timorē de pctis ɔuerti i exul-
tatõeꝫ mētis. Itē ibi dr̄ in secũdo mira
culo.cui⁹ spũs ferebat sup aq̃s.ꝛ h silr
in scđo dr̄.q̇ pedibus sup te ambulauit
Et hec duo bñ ɔueniũt.q꞉ in baptismo
sic̄ in alijs idiuisibilis ē opatio p̄ris ꝛ fi
lij et spũsscti. ꝛ vtrobiq͡ʒ dr̄ sup.q꞉ grã q̇
cõfert de supnis ē. ꝛ vt notet q͡ꝫ dñs po
tentiã suã nõ alligauit. Itē ibi dr̄ in ter
cio.q̇ te de padiso ꝛc̄.hic.q̇ in te a iohã-
ne baptizatus est.q꞉ grã de padiso ma-
nãs aquis in baptismo est infusa. Vñ
de baptismi grã eccia ɔ̄fluens in q̃tuor

oꝛbis ꝑtes dilatata ē.qđ quodāmō fa-
ctū est qñ dñs baptizat⁹ ē a Johāne. qꝛ
tunc oēs aque vim regeneratiuā susce
perūt. Kursus ibi dꝛ in q̄rto. qui te i de
serto amarā suauitate indita fecit eē po
tabilē. hic dꝛ. q̄ te vnacū sanguine de la
tere suo ꝓduxit. qꝛ in gētilitate q̄ pꝛius
erat a dño deserta aq̄ baptismi reficien
di mentes et sanandi hꝫ effectum. Dul
coꝛata aūt fuit aqua. qꝛ ꝑ passionē crū
cis maxime baptism⁹ plenā recepit effi
caciā. Vñ i cruce de latere dñi aq̄ ꝓflu-
xit. Itē ibi in quinto dꝛ. Et sitiēti ppl̄o
de petra ꝓduxit. hic vo dꝛ. qui in te oēs
gētes ꝑ discipulos baptizari p̄cepit. qꝛ
baptismus a petra xp̄o oꝛiginem hñs.
populū eū desiderantē reficit. nō em̄ ꝓ
dest baptismus nisi sitienti eū. i. deside
ranti vel in se vel in alio. Vñ discipulis
p̄ceptū est vt baptizarent oēs gentes in
noīe pr̄is et filij et spūssancti. sicut in vl
timo ca. Math. dꝛ. Hic etiā nota ꝙ vbi
dꝛ. qui te de ꝑadiso manare ꝛ in q̄tuoꝛ
fluminib⁹ exire ꝛ totā terrā irrigare p̄-
cepit. ibi sacerdos aquā manu i quatu-
oꝛ partes effundit. vt oñdatur ꝙ grā ba
ptismi in quattuoꝛ partes oꝛbis sit dila
tata. Ceteꝝ sacerdos ip̄e sepe mutat vo
cem. In pꝛimis em̄ oꝛat deū. vt digneť
mundare mentē eius ad suscipiendūꝫ
spm̄sanctū. et depꝛecatur eius aduentū
ꝛ ideo voce humili. s. in modūꝫ oꝛonis
legit. q̄ vocis humiliatio est ad spūssan
cti aduentum ꝛ ad eius dignā recepti-
onē mentis p̄paratio. Postea vo indi-
cans se illū habere legit in modū p̄fati
onis. agens grās. qꝛ tam magnus ho-
spes dignatus est ad tam humile hospi
tiū descendere. ꝛ recolens miracula iaꝫ
per aquā facta. Deinde post bñdictōeꝫ
q̄ fit per filiū. que terminať. In noīe pa
tris et filij et spūssancti. mutat vocē ite-
rato. Cū em̄ vsqꝫ tunc i modū p̄fatōnis
cātauerit. postea legit in modū lectiōis
voce. s. humilioꝛi. que vocis humiliatō

est signū humilitatis. humilitas em̄ no
stra ꝑ baptismi regeneratiōꝫ ad alta po
loꝝ reduciť. Dic̄ g̊ sacerdos. Hec nob
p̄cepta seruantibus ꝛc̄. q̄si dicat. nō au-
derē tantā ꝛ tā altā rem. s. spm̄sctm̄. vt i
creaturā aque descendat inuocare. nisi
qꝛ tu p̄cepisti nobis baptisma exercere
Et addit sacerdos. Tu deus oīpotens
clemens adesto. tu benignus aspira ꝛc̄.
vbi illud oꝛat. vt sicut in p̄dictis mira-
culose in aqua oꝑatus est. ita mō faciat
vicꝫ vt p̄ter naturalē emundatōeꝫ quā
pñt aq̄ abluendis adhibere coꝛpoꝛib⁹.
sint etiā purificandis mentibus effica-
ces. Post hoc alta voce clamat sacer-
dos. Descendat in hac plenitudinē fon
tis vtus spūsscti. Iō alta voce vt altum
mentis desideriū designet. Et tūc depo
niť cere⁹ in aquā. q̄ cerei immersio ē spi
ritusscti aduētus seu missio. q̄ in aquā
baptismi in specie colūbe descēdit. Se
cundo iō cere⁹ in aquā deponiť. qm̄ coꝛ
pus xp̄i ꝑ cerā significatū in baptismo
aq̄s sanctificauit et vim regeneratiuaꝫ
illis cōtulit. Tercio baptismus cerei re
missiōeꝫ pctōꝝ significat quā ꝑ xp̄i moꝛ
tē cōsecuti sumus. Vñ q̄ꝫ neophici ce
reos suos extinctos. q̄ et si plures sint ꝓ
vno reputanť. Et in quibusdā eccijs sta
tim cum cathecumi baptizati sunt illu
minanť. In q̄busdā vo differť eoꝝ illu
minatio vsqꝫ ad agnus dei. qđ cantať in
letania. Et in q̄busdā etiā vsqꝫ ad missā
qñ vicꝫ alij cerei eccie illuminanť. Sa-
ne cerei q̄ statim post baptismū accen-
dunť. significant ꝙ ꝑ turbationē pctōꝝ
comitatur illuminatio grāꝝ. Qui diffe
runt vsqꝫ ad agnus dei. significant ꝙ ꝑ
agnū qui tollit peccata ꝛ tenebꝛas mū
di renati et fideles illuminanť. Qui ve
ro differunt vsqꝫ ad missam. ideo faciūt
quia missa illa ad noctem ꝑtinet resur-
rectionis dñice. vt sicut nox illa irradia
ta fuit splendoꝛe dñice resurrectōis. ita
et a lumine nostro irradieť ꝛ vt neophi

cos nostros christo cõsurrexisse signifi
cemus. Et ꝓpter eandē causam alij ce-
rei eccie ad missam illuminant̄. Et tñ
hoc cerei cathecuminoꝝ sunt sine lumi
ne vsqꝫ dum alij cerei eccie illuminant̄
ad notandū ꝙ postq̄ spūssctūs purga-
uerit corda eoꝝ. et eos itroduxerit in
societatē et vnitatē eccie tunc illumina
bit corda eoꝝ. De cereis etiā neophico
rū dicet̄ ti. de septem diebus post pasca
Post imersionē cerei i quibusdā eccijs
sacerdos insufflat in aquā dicens. To-
tamqꝫ huius aque substātiā regeneran
di secundet effectu. Primo vt sicut in
exorcismo cathecumini spūs immūdꝰ
insufflat̄ vt ab hoīe recedat. vt infra di-
cet̄. ita et in exorcismo aque vt ab ea ex
pellat̄ et adimpleat̄ qd̄ dñs iquit. Nūc
princeps mundi huiꝰ eijciet̄ foras. Se-
cūdo vt intelligat sathanas q̄tus habe
atur. ꝙ tam leuiter vicꝫ ꝑ suanē exuffla
tionem pōt expelli. Tercio vt sacerdos
oñdat q̄li ignominia diabolus dignus
sit ab aq̄s expelli. Insufflat āt sacerdos
ter. q2 spūssctūs tria in baptismo opat̄.
a vicijs purgat. virtutibꝰ ornat. et tādē
ꝑmio eterno coronat eos. in q̄bus fit h̄
insufflatio. vt dicet̄ vbi de immūdi spūs
expulsione aget̄. Post exufflatōez mu
nit̄ aq̄ iterato crucis signaculo ꝑ inuo-
cationē sctē trinitatis. ne habeat ptātē
dyabolus ad eam amplius redeundi.
Postremo fit admixtio crismatis in aq̄
sic̄ dictū ē. vñ dr̄ in Burcardo li. iij. Bn̄
dicimus fontes baptismatis oleo vncti
onis. Et a ugu. eisdē v̄bis vtēs subijcit.
ꝙ hoc magis tacite sine sine scriptura
ac mystica rōe introductū est q̄ per ali-
quā scripturā. Per hmōi q̄ admixtōez
vnio xp̄i ⁊ eccie signat̄. Nā chrisma est
xp̄s. aq̄ populꝰ. ⁊ dr̄. Sanctificet̄ fons
iste ⁊c̄. Ex q̄bꝰ v̄bis ad q̄d fiat admixtio
satis dat̄ intelligi. Et nota q̄tuor eē ge-
nera aq̄ bñdicte. put in. iiij. pte dictū ē.
vbi agit̄ de aq̄ bñdicte aspersione.

Quinto loco est de baptismo di-
cendū. De scrutinijs vo que pce
dunt baptismum solennem ⁊ de
multis ad baptismum ptinentibus. di-
ctum est sub quarta feria tercie hebdo
made quadragesime. Prenotandū igi
tur est. ꝙ baptismus grece interp̄tat̄ in
ctio latine vel lotio. Baptismus quidē
ꝑ aquam cōfertur vt res inuisibilis ꝑ il
lud visibile elementū conferatur sup q̄
spūssctūs in principio ferebat̄. Sic̄ eīn
aqua visibiliter corpus purgat exteriꝰ.
ita baptismus latenter aīam. vñ Aug.
Aq̄ corpus tangit et mentē abluit. Et ē
notandū ꝙ pagani siue gentiles circa
fontes templa sua facere solebāt vel sal
tem ibi semp aquā habebāt. ꝑ cuiꝰ aspsi
onē purificari credebāt. et inde delubra
vocabant̄. q̄si purificantia. ⁊ ita quodā-
modo figuraliter ad baptismum tende
bant. Nos vo ab eoꝝ cōsuetudine ba-
ptisma non sumpsimus. immo a tribꝰ
q̄ in veteri testamento fuerūt. s. a catacli
smo. i. a diluuio. ⁊ a mari rubro. ⁊ a ior
dane. que baptismi figura fuerūt. Ba
ptisma dñs istituit cū de latere suo san-
guinem et aquam produxit. quem po-
stea quasi lege edictali sanciuit di. Nisi
quis renatus fuerit ex aqua et spūsctō
non intrabit i regnū celoꝝ. Et ipe dñs
baptisatus est in passione. vnde inquit
baptismo habeo baptizari quō coartor
vsqꝫ dum pficiatur. Fieri debet baptis-
mus in aqua. quia illa copiosius inue-
nitur. et hanc spiritus i principio fouis-
se legit̄. Et quia sordes abluit. sitim cō-
pescit. imaginem reddit. sicut cantatur
de Narcisso. ignem extinguit. Sic i ba-
ptismo a peccatorum sorde lauamur. a
fonte vite potamur. imaginem pditā
restauramus. vnde ignis penarū extin
guitur. Debet autē aqua esse viua ⁊ pu
ra. Posset tamē etiam fieri in resoluta
siue a niue. siue a glacie. siue d̄ lacrimis
terre. siue etiam ex institutōe Victoris

pape primi. in mari siue i flumine. siue in lacu siue in fontibus. Nō aūt lz baptizare in aqua cōdita vt in ceruisia vel medone. nec etiā in aliq̄ liq̄re. vt i vino vel oleo. Sz si alius liq̄r aq̄ admisceat. bñ fit ibi baptism⁹. dū tñ aq̄ p̄ualeat. q̊tidie ei mari nou⁹ liq̄r vel sputū vel vrina addit᷑ tñ ibi baptizat. aliq̄ tñ ɔ̄dicūt Porro tñ ſm canonicā traditōem solē ne baptisma i duob⁹ dūtaxat sabbatis celebrat. vicz in isto ⁊ penth. q̄re in isto p̄missum ē. In scđo. q2 spūsctūs in die penth. donat nobis p quē facta ē remissio pctōꝝ. vt dicet ibi. Alio v̊o tpe nō lz baptizare. nisi necessitatis cā. q̄ est q̄druplex. Prima ē cā munitōis. vt si rex obsidet aliquā ciuitatē vel opidū. tūc em̄ pueri illi⁹ loci baptizari dñt ne inbaptizati decedāt. Scđa est gētiliū psecutio Tercia naufragiū. Q̄rta egritudo. Potest tñ egritudo h̄ large accipi, p infirmitate nature. q̄ facile dissolui p̄t. ita q̄ nescim⁹ diē neq3 horā. et ob hāc cām singulis dieb⁹ ⁊ horis fit baptism⁹ nō solēnis. solēnitas tñ baptismi saltez i paucꝭ ad p̄missos duos dies ꝓpter silitudinez ⁊ mēoriā reseruat. Greci v̊o baptismū celebrari solēt in ephia. p eo q̄ tūc fuit dñs baptizat⁹. put sub dicto festo dcm̄ ē. Celebrari etiā dz baptism⁹ solēnis hora nona. vt dicet sub sabbato penthec. Sciendū aūt est q̄ baptizand⁹ cū p̄mo ad ecciaz venit p̄usq3 immergat interrogat vtꝝ abrenūciet diabolo ⁊c. qđ poti⁹ vsu q3 p aliquā scripturā introductū est ſm Aug. Et eccia rñdet. abrenūcio. Et iteꝝ vtꝝ credat i p̄rem ⁊ filiū ⁊ spm̄sctm̄ Et ip̄e rñdet. credo. In his aūt duobus de vita et fide instruit. De vita cū docet abrenūciare diabolo et oib⁹ pōpis siue opibus ei⁹. De fide cū docet credere in trinitatē. Et ꝓpter hec due fiūt ei ɔseq̄nt vnctōes. s. in scapulis et in pectore. Jđ aūt fit hmōi interrogatio et rñsio. vt vacua domus a prisco habitatore deserta fide ornetur et dei habitatio p̄paretur. Aug. dicit q̄ etiā hec fiūt iuxͣ saluatorꝭ imperiū. q̇ ad p̄rez in celū ascēsur⁹ discipulis suis. i. aplis dixit. Euntes docete oēs gētes baptizātes eos in no. pa. ⁊ fi. ⁊ s. s. Interrogat etiā si credat in sctām ecciam. remissionē pctōrem. ⁊ carnis resurrectionem. Nō tñ ſm ip̄m Aug. eo mō interrogamus. vt quō in deū credimus. sic ⁊ in sctām ecciam ⁊ catholicaz credam⁹. ſz ꝓpterea sctā ⁊ catholica ē q2 recte credit in deū. Nō ğ dixim⁹ vt i ecclesiā q̄si in deū crederetis. ſz vt in eccia sancta et catholica cōuersantes in deuz credētis. credētis etiā resurrectionē carnis. q̄ futura est. Innuit ğ Augu. ex p̄missis v̊bis q̄ p̄positio in repetit dū dr in sanctā ecciam. ⁊ sensus mutat. De q̄ dictum est in quarta pte sub ti. de simbolo. Planior tñ intellectus ē vt p̄positio ip̄a p̄termittat. nec repetat vt sit sensus. Credo ecciam catholicā. i. fidez catholicam tenentē esse sanctā. i. iustam ⁊ bonā. Vel ecclesiā sanctā. i. sanctificatā ⁊ firmatā et sp pseueraturā. ita q̄ nunq3 deficiet. Vel credo sanctā ⁊ catholicaz ecciam esse vnā ⁊ in vnitate consistere. Patrinus aūt p baptizando interrogatur. vt iā dicet. Post interrogatōez ⁊ responsionē sacerdos ter in faciē baptizādi exufflat. ad notandū q̄ seua ptās. i. malign⁹ spūs ab eo exufflat. i. exufflādo expellit. seu in ꝓximo expellēda significatur. vt p piū sacerdotꝭ ministerium spirituisctō cedat fugiens spūs malign⁹. Hinc etiā ait Aug. Paruuli exufflantur et exorcizantur. i. increpant seu adiurāt vt expellatur ab eis diaboli potestas inimica que decipit hominez vt possideat homines. Hec autē exufflatio siue exorcizatio. et si non ꝓsit aliq̄d ad vitam. q2 adhuc in eis mors remanet. ꝓdest tñ vt inimicus minus eis nocere possit. Adest em̄ spūsctūs nō solū v̊bis q̄ dicuntur in noie suo. veꝝ etiā si

gnificationibus que fiũt in honore suo
Et est notandũ ꝙ exorcismus grece.
latine dr̄ adiuratio. vt est illud. Exi ab
eo immũde spũs. Cathecismus autẽ et
exorcismus neophicoꝝ sunt. p̄cedũt ei
baptismũ. et magis dñt dici sacramẽta-
lia ꝙ̄ sacramenta. i. ad sacramẽtũ bapti
smi ptinentia. vel preludia noui bapti-
smi. sine eis tñ pôt esse baptismus. Ca-
thecismꝰ vero grece. latine dr̄ instructio
Jñ cathecizare. i. instruere in simbolo.
⁊ fidei rudimentis. Inde etiã dr̄ cathe-
cuminus grece. qḋ est latine audiẽs vł
instructus. q̄ꝛ adhuc doctrinã fidei au
dit. nondũ tñ baptizatus est lꝫ sit in fide
instructus. Qui et cõpetens vocat̃. q̄ꝛ
post fidei instructõeꝫ ⁊ post acceptã pe
nitentiam ꝯpetit gr̄e christi recipiende
Neophicus ṽo grece. latine nouellus
⁊ rudis vel nuper renatus interp̄tatur.
Hoc q̊ꝫ sciendũ est ꝙ sicut sunt septem
dona spũsscti. ita etiã septem sunt dona
baptismi. Primũ ẽ salis collatio. Da
tur enĩ ſm Rabanũ et Bedaꝫ sal bñdi-
ctũ in os baptizandi. vt ꝑ sal typicũ. i. fi
guratiuũ sapientie sale cõditus. iniqui
tatis fetore careat. i. carerere significet̃.
ne a vermibꝰ pctõꝝ vltra putrefiat ꝟ ma
gis illesus ferue t̃ ad maiorẽ gr̄am reci-
piendã. Sal q̊ꝫ significat p̄ma fidei do
cumenta sine quoꝝ ꝯdimẽto insulsus ẽ
ois hõ. de q̄ ⁊ de sale dictũ est in p̄ma p
te sub ti. de cõsecratõne eccie ⁊ altaris.
Secundũ est auriũ et nariũ cũ sputo
linitio. qḋ fit primo exemplo xp̄i. q̄ lu-
tũ cum sputo faciens mutũ et surdũ sa
nauit. et oculos nati ceci liniuit. ⁊ expu
ens linguã eius tetigit. ⁊ digitos in eiꝰ
auribus imponẽs dixit. Effeta qḋ ẽ ad
aperire. Secundo ſm Rabanũ hoc sa
cramentũ ideo agitur vt ꝑ saliuã typicã
id ẽ figuratiuã sapiẽtie dei et ꝑ sacerdo
tis tactũ sapiẽtia ⁊ virtus diuina salutẽ
eiusdẽ cathecumini opet̃ vt aperiantur
ei nares ad capiẽdũ odorẽ noticie dei.
vt apiantur ei aures ad audiendũ man
data dei. vt apiant̃ illi sensus in intimo
corde. ad rñdendũ sacerdoti de articul'
fidei interroganti. Digiti ꝟ q̄ in aures
mittunt̃ sunt ṽba siue dona spũssancti
Tercio ꝑ hoc ꝙ aures saliua tãgunt̃. si-
gnificat̃ et petit̃ ꝙ doctrina q̄ de ore al-
tissimi fluxit ꝑ aures eius intret eiqꝫ su
aue redoleat. Saliua nempe xp̄i. i. dul
cedo ṽboꝝ ex ore eiꝰ defluẽtium. et ip̄a
xp̄i diuinitas nos sanat. Quarto etiaꝫ
nares tangunt̃ vt diuinã suscipiãt ṽtu-
tẽ ꝑ quã bonũ a malo discernãt odorẽ ⁊
sanã doctrinã separe valeãt a fetore he-
retice prauitat̃. vñ i Eccl'iastico dr̄. Na
sus tuꝰ sicut turris lybani q̄ respicit ꝯ da-
mascũ. Quinto ad notandum ꝙ ꝙ̄diu
spm̄ naribus trahet. in fide ꝑcepta ma-
nere dꝫ. et aures vt ṽbis euãgelicis pa
teant et varias et inutiles fabulas a se re
pellunt. Sexto ſm Ambro. ꝓpter gl'iaꝫ
siue dignitatẽ muneris et opis nõ tãgi-
tur os cũ saliua ꝟ nares vt bonũ odorẽ
accipiãt pietatis eterne. Terciũ ⁊ q̄r-
tũ est i pectore ⁊ inter scapulas cũ oleo
facta signatio. de q̇bꝰ dictũ ẽ in p̄mo ꝑ-
te sub ti. de cõsecratõibus. Quintũ ẽ
baptismi ablutio. Circa qḋ notandũ ẽ.
ꝙ trina fit immersio seu lotio in bapti-
smo in noĩe trinitat̃. s. in noĩe p̄ris ⁊ fi-
lij et spũsscti. q̄ꝛ in fide trinitatis fit ba-
ptismꝰ. in q̄ trina immersiõe triduana
dñi sepultura significat̃. fuit ei tribꝰ die
bus et tribꝰ noctibꝰ in corde terre. Tri-
na q̊ꝫ fit immersio. q̄ꝛ in baptismo a tri
plici pctõ. s. cogitatõis. locutõis. ⁊ opa
tiõis mundamur. et a triplici trãsgressi
one legis. s. legis nature legis moysaice
et legis euãgelice. Nõ igit̃ dꝫ q̇s tm̃ sel
immergi. ꝓ eo ꝙ xp̄s tm̃ semel mortuꝰ
est. Dꝫ tñ semel tm̃ baptizari q̄ꝛ tm̃ sem'
xp̄s mortuꝰ ẽ et sepultus ⁊ resurrexit. q̄
tria in baptismo significant̃. Et licet tri
na fit immersio. tñ vnum est baptisma.
Item q̄ꝛ tm̃ vna ẽ fides. idcirco vnũ dꝫ

esse sacr̄m ei⁹ iux̄ illud. Vna fides vnū
baptisma. Immersio etiā fit i modum
crucis. qꝛ q̄ baptizaṫ mōo crucifigiṫ. et
cruci xp̄i affigiṫ. Trina q̄ȝ ab aq̄ eductō
triduani tp̄is exp̄mit resurrectionē. Si
tn̄ q̄s ita eger sit vt nō possit ter sine lesi
one immergi sufficit illū aq̄ asp̄gi. vt p̄
baṫ multipliciter i canōe Cypriani. Lȝ
q̄dā illud intelligāt de aq̄ bn̄dicte asp̄si
one. Sȝ ꝛ si mag̃ corp̄is p̄s p̄ter caput
infundiṫ vel saltē caput. baptizat⁹ q̄s re
putaṫ ꝛ nō aliter. lȝ q̄dā etiā si sup̄ pedē
aq̄ ceciderit. reputēt baptizatū. Puerꝫ
baptizatis nomē imponiṫ i baptismo.
qd̄ inde ē. qꝛ baptismus ē vicari⁹ circū-
cisiōis in q̄ noīa puerꝫ imponūt hebrei
eo ꝙ tp̄e circūcisiōis abrae nomē fuerit
immutatū. cū em̄ p̄us dicebaṫ abram.
postea vocatus fuit abraā. Sȝ si bapti-
zato obliuione nomē non imponiṫ. vel
forte errore masculo nomē femine vel
ecōuerso imponiṫ. tenet q̄dē baptism⁹
nec iterabiṫ. et nomē in cōfirmatōe frō
tis denuo imponeṫ. Sextū est in vti
ce. i. in summitate capitis sup̄ cerebrū
cū chrismate facta punctō. de q̄ in p̄ma
p̄te sub ti. de ꝯsecratōibus dictū ē. Se
ptimū ē in fronte chrismatio. de q̄ infra
diceṫ. Daṫ aūt in q̄busdā locis bapti
zatis cādida vestis. in signū sacerdotij.
ꝛ q̄dā rotūda mitra in signū corone re
gni vite. qꝛ ip̄e ē mēbꝝ xp̄i q̄ est rex ꝛ sa
cerdos. Oēs em̄ veri xp̄iani reges et sa
cerdotes dicunṫ. vn̄ Petrus ap̄l̄us ait.
Vos estꝭ genus electū. regale sacerdo
tiū. Reges qꝛ seip̄os et alios regunt. sa-
cerdotes. qꝛ seip̄os dn̄o offerūt. iux̄ illō
ap̄l̄i. Obsecro vos p̄ miscōiam dei vt ex
hibeatis corp̄a v̄ra ⁊c. Secūdo chrisma
le seu vestis cādida q̄ sup̄ caput baptiza
ti imponiṫ significat s̄m rabanū interi-
oris et exterioris hoīs castitatē ꝛ inno-
centiā ꝛ puritatē xp̄ianā. quā post ablu
tas veteres macl̄as studiose seruare dȝ
iuxta illud. Omi tp̄e vestimēta tua sint
candida. Tercio renati albis induunṫ
vestibus. ad designādū mysteriū eccl̄ie
resurgentis. Designaṫ em̄ p̄ hoc corpo
rū et animaꝝ futura resurrectio glorio-
sa. et etiā resurrectio a p̄ctis atq̄ angeli
cus nitor. Recte igiṫ baptizati albis vtū
tur vestibus. vt q̄s p̄me natiuitatis fa
ciē vetusti erroris pann⁹ fuscauit. habi
tus secūde regeneratiōis p̄ferat glorie
indumentū. Vn̄ vestis ip̄a duplex ē. q̄-
si in modū cappe manicate. qꝛ sācti du
plicia. s. beatitudinē et gloriam posside
bunt. Ip̄e aūt vestes sunt stole albe. de
q̄bus dr̄. Et date sūt illis singule stole.
Stole em̄ baptismū. palme vo trium-
phū insinuāt. Quarto hec alba vestis
corpus. ip̄e vero albatus animā signi-
ficat. In prouincia narboñ. hec alba ve
stis linea i sui summitate cū filo rubeo
sup̄suitur aut alia varietate insignitur.
quandā quodāmō p̄tendens coronam
Nempe alba vestis innocentie stolam
que nobis in baptismo redditur signifi
cat. rubea fimbria q̄ sup̄suiṫ xp̄i passio-
nem. p̄ quā baptismi sacr̄m impleṫ desi
gnat. coronam p̄tendit. in signum coro
ne regni. vt p̄missum est. Rursus ideo
chrismale candidū filo rubeo insignitū
baptizatis daṫ. vt sint soliciti seruare cā
dorē v̄tutū quē in baptismo p̄ passiōē
dn̄i rubricatum receperūt. iuxta illud.
Quare rubꝝ est vestimētū tuū. vnde in
Apo. Beatus q̄ custodit vestimēta sua
ne nudus ambulet. Sane albati seu ne
ophici hmōi albā vestē p̄ septē dies por
tant. qꝛ hoc tp̄e qd̄ septē diebus agiṫ in
nocentiā p̄ bona op̄a exercere oportet.
iuxta illud qd̄ ait Salomō. Omi tp̄e ve
stimenta tua candida sint ꝛ oleū de ca-
pite tuo non deficiat. In octauo vo die
illam deponunt. quia in etate quam di
es octaua significat ab omni opere vi-
te presentis cessabimus. tunc em̄ adue-
niente veritate omnis figura cessabit. q̄
per candidam vestem innuiṫ. nam tūc

erimus vtroqȝ hoie.i.aia et corpe gl'iosi
Rursus hec vestis candida corp⁹ signi
ficat.qd omi tpe vite nostre.qd p septe-
nariū agit,mūdū seruare cōuenit.in fi
ne vo vite nr̄e illud deponimus.aliud
gloriosum resumpturi.qd erit in octa-
ua etate. Merito ergo illaz septē dieb⁹
seruamus ⁊ in octaua deponim⁹.vnde
Salo.Da partem septimā et octauaz.
Seruat quoqȝ hec alba vestis de sabba
to in sabbatū.quādo in sabbato sancto
vel penthecostes baptizati sunt. ad no-
tandū ꝙ si mundiciam corporis serua-
uerimus de sabbato pectoris transituri
sumus.depositis corporibus ad sabba
tum eternitatis. Et exuit in alio sabba
to ad notandū ꝙ anima illius de corpe
exiens.sabbatuz.i.requiem inueniet. si
eius vestis fuerit alba. Pari quoqȝ rōe
confirmati siue in fronte chrismati vs-
qȝ ad septimā diē lauari non dn̄t.Cum
em̄ eccia tanto tpe celebret aduentū spi
ritussancti sup apostolos Merito vnus
quisqȝ spm̄sctm̄ accipiens.tanto tempo
re celebrare debet illius aduentū in se
singulos dies pro singulis donis cele-
brando. Hec aūt vestis/vni iposita alte
ri potest imponi si necesse fuerit ꝓut iā
de panno quo caput confirmati alliga
tur dicet.Quis melius sit nouā habere
In quibusdam etiam locis baptizatis
dantur calciamenta.que sunt domini-
ce mortis insignia vt exemplo eius qui
ꝓ nobis passus et mortuus est.carnem
suam vicijs et concupiscentijs mortifi-
cet baptizatus.Datur quoqȝ candela il
luminata in manu baptizati. vt cū dn̄s
ad nuptias venerit sit semper paratus
ei in aula celesti occurrere cuz lumina-
rijs vtutū ⁊ bonoꝝ operum.De cereis
etiā neophitoꝝ supra dictuz est. Sane
legitur in canone Grego. ꝙ iudeis ba-
ptizandis quadraginta dieꝝ abstinen-
tia indicēda est.⁊ si postqȝ baptizati sūt
apostatauerint;cogēdi sūt fidē seruare,
et filij quos circūciderint ab eorūz con
sortio separentur. Serui vo eoꝝ circū
cisi ab eis ꝓ iniuria corpis sui libertati
tradantur.Et in concilio agathen̄ statu
tum est ꝙ iudei baptizandi qui de faci
li ad vomitū redeunt.nouē menses sint
prius inter cathecuminos.Eger quoqȝ
sicut ait Cyprianus baptizari pōt.mor
tuus vo non.nec eucharistia sibi dari.
sicut legitur in Burcardo li.iiij.c. cauē
dum est.et in li.v.c.idem placuit. Sed
sicut in eodē li.iiij.c.subito legitur.subi
to obmutescens sic.si tn̄ voluntatis p̄te
rite testimoniū verbis habet.aut pn̄tis
in suo nutu. Pregnās vo mulier si ba
ptizet non intelligit scḋm Isidoꝝ part⁹
baptizatus in vētre.quia qui adhuc na
tus scḋm adam non est:scḋm christum re-
generari nō potest.nec dici regeneratio
in eo potest in quo generatio non pre-
cessit.Baptizandus ergo est qui ex ba-
ptizato nascitur.Tenendū quoqȝ est ꝙ
discipuli et apostoli baptizati fuerint.
qui etiam alios baptizabant.ꝓut dicet
sub penthecosten.qd de Johanne spe-
cialiter Hiero.attestatur.et August.de
Paulo. Item statutum est in concilio
carthaginen̄. ꝙ mulier quis docta ba-
ptizare non presumat.nisi necessitate vr
gente. Rursus in cōcilio lugdunen̄. sta-
tutum est vt qui p̄terqȝ in mortis neces
sitate cum veteri chrismate baptisaue-
rit deponatur. In concilio ylerden̄.sta-
tutū est vt omnis p̄sb̄r qui fontē lapide
um habere non pōt. vas cōueniēs ad
hoc solum officium habeat qd extra ec
clesiā non deportet. Debet igit fons eē
lapideus. Nam et de silice aqua in ba-
ptismi p̄sagiū emanauit. Sz ⁊ xp̄s q est
fons viuus est lapis angularis ⁊ petra
Hoc qȝ notandum est ꝙ p circūcisionē
delebatur olim originale.et nunc p ba-
ptismū.prout sub ti.de circuncisiōe di
ctum est. Ideo autem originale pecca
tum omnib⁹ nocet.qꝛ qn̄ adā peccauit.

nondum aliquis ex eo fuerat materia-
liter ꝓseminatus. ipm aũt originale pec
catũ in ipa aie infusiõe ɔtrahit. qꝛ tunc
tres ꝑncipales vires aie debilitant. Sz
cũ originale pctm cõtrahat solũ ex car-
nis corruptione. q̃re imputatur aie. Re
spondeo. quia ais condelectat carni. vl'
melius. vt ibidem q̃dam digna retribu
tio notetur. Anima. n. primi hominis
ꝑus peccãdo carnẽ ipam corrupit. Vñ
mõ corruptio carnis aias corrũpit. Cir
ca baptismi formã notandũ est ꝙ sicut
ait Alexander papa. iij. Si q̃s pueruz
ter in aqua merserit in nomine p. ⁊ fi. ⁊
spũssancti amen. ⁊ non dixerit. Ego ba
ptiso te in nomine pa. ⁊ fi. ⁊ spi. non est
puer baptisatus. sed ⁊ si immerserit ter
puerũ nihil dicens. baptisatus non est.
Verꝫ tẽpe aploꝝ baptisando nihil ali-
ud dicebat nisi baptiso te in noie trini-
tatis. Et ita explicite dicebant. vel etiaz
implicite. vtpote. In noie dñi nri ihesu
xpi. Et baptisabãtur in stagnis ⁊ flumi
nibus. Sed. b: Clemens. ij. a beato pe-
tro ex ipius doctrina vnctionem olei ⁊
crismatis addidit. Postea Leo papa.
damasus ⁊ ambrosi⁹ exorcismos ⁊ bñ-
dictiones ⁊ ceteras solennitates adie-
cerũt. Baptismi aũt forma nõ viciatur
si quid in ea sup̃flue ponit. vt si dicatur
Baptiso te in noie pris ⁊ filij ⁊ spũsscti
⁊ diaboli. vl' arma virũq3 cano. vl' si q̃d
premittit forme. vt si dicat. arma virũq3
cano. ⁊ ego baptiso te ⁊c. Si vo aliq̃d i
terponatur. vt si dicatur. Ego baptiso
te. ⁊ deus est. in nomie patris ⁊ filij ⁊c.
dicunt quidam non esse baptisatũ. alij
vo contra. Si aũt ordo verboꝝ forme
mutetur. vt si dicit. Baptiso te in nomi
ne filij ⁊ pris ⁊ spũssancti. dicũt non eẽ
baptisatum. quia ordo vboꝝ de forma
est. Si vo mora naturalis ⁊ compẽdi-
osa interponat. puta respirãdo. tussien-
do. vel screando. non obest. Ceteꝝ for-
ma ipa ꝓnũciari potest litteraliter ⁊ vul

gariter. grece ⁊ latine ⁊ armenice. Idez
em̃ sunt effectus. licet voces non sint ee
dem s̃m Aresto. Vñ grecus huc veni-
ens baptisat in lingua greca ⁊ econuer
so. quia apostoli loquebãtur varijs lin-
guis. Hinc ẽ ꝙ si quis dicit. Baptiso te
in nomine genitoris. et natiq̃ue geniti
⁊ sancti flaminis baptisatus est. Bene
em̃ fit baptismus sub nominibus sino
nimis. Sed si dicat. mergo te in nomie
patris ⁊c. non est baptismus. quia illud
verbũ mergo non est sinonimũ cũ illo
verbo baptiso. Non fit etiã baptismus
si dicatur. Baptiso te in nomine triũ ꝑ-
sonaruz. vel in nomine trinitatis. vel in
nomine xpi. vel si baptisauerit in trib⁹
principijs. aut in tribus filijs. aut in tri
bus paraclitis. vel si omittat aliqua de
tribus ꝑsonis. puta spũssancti. vel filij
vel pris. Sed etiam si diceret. in nomi
ne paternitatis ⁊ filiationis ⁊c. non essz
baptismus. Item si omitteret hoc pro-
nomẽ ego. dicendo. Baptiso ⁊c. tenet q̃
dem quia ꝓnomẽ illud subintelligitur
vnde nõ deest. Sed etiã s̃m Zachariaz
papam si sacerdos simplicitate ductus
nõ intendens errorem introducere di-
xerit. Baptiso te in nomine patria ⁊ fi-
lia ⁊ spũsancta. baptismus nõ viciatur.
Si vo dubitatur de aliquo vtrũ sit ba-
ptisatus vel nõ. statuit alexander papa
iij. ꝙ baptiset sub hac forma. Si es ba
ptisatus nõ te rebaptiso. ꝫ si nondũ ba-
ptisatus es. ego baptiso te in nomie pa
in antiphona ostendat impletũ esse qđ in psalmo est ꝓmissum. Terciuz notat in tercio psalmo ⁊ in sua antiphona. in quo tangit cõsummatio quã dñs ꝓmi sit se ꝑfecturũ in tercia die vbi dicitur. Ego dormiui ⁊ sommum cepi ⁊c̃. Hoc enĩ licet de passiõe ⁊ morte ⁊ resurrecti-one saluatoris intelligat. moraliter tñ cõueniẽter intelligit de eo q̇ diu in pec cato dormiuit. ⁊ tandẽ ꝑ dei adiutoriuz surrexit. Quinto etiaz potest dici ꝙ q̇a ꝑ opa istoꝝ triũ dierũ fiũt cathecumini mẽbra xp̃i. s. ꝑ exorcizationẽ ꝑ abrenun ciationẽ dyaboli ꝑ fidẽ qua vnitas i eis ꝑficit. ⁊ ꝑ impositionẽ ma nus epoꝝ si ue resurrectionem dñi. q̇ est iustificatio nostra. ideo ꝓpter hãc iustificationẽ ca nimꝰ tres antiphonas in nocte resurre ctionis. Prima disiũgit nos ab impijs Secũda cõiungit nos capiti xp̃o. Ter cia facit nos resurgere ꝓpter iustificati-onem. Sexto etiaz potest dici ꝙ ꝑ tres psalmos tria tpa significant. Tres anti phone cantant. in q̇bus patriarche pro phete ⁊ apl'i significant. Tres lectiones legunt. q̃ lex spalmi ꝑ ꝓphetie resurre-ctionez dñi ꝓfitent. Tria rñsoria subse-quũt. q̃ tres ordines. s. Noe Job ⁊ Da niel xp̃i resurrectione saluant. Singul' rñsorijs gloria patri subiũgit in quibus dam eccl'ijs. q̃ trinitas ab oibus ordini bus collaudat. In q̇busdã vero nõ nisi vnũ gloria tribꝰ rñsorijs ꝺm generalez cõsuetudinẽ continuat. ad notandũ ꝙ in trinitate vnũ deũ glorificamꝰ. Sep-timo ternariũ in oibus frequẽtamꝰ ꝓ-pter sacramẽtuz baptismi in triũ ꝑsona rum noie celebrati. Octauo paucitate vtimur lectionuz ꝓpter paucitatẽ q̇ tũc aderat p̃dicatoꝝ. Nam apl'i erãt in nu-mero pauci. metu iudeoꝝ muti. õ mor te dñi mesti. de audita resurrectiõe qua si deliri. Qua paucitate volũt vti q̇daz vsq̃ in penthecostes qñ facti sunt p̃dica tores numero plures. ⁊ spũsãcto ferue-tiores. vt iam dicet. Alij vero solennita tem potius attendẽtes integrum ⁊ solẽ nez seruãt numerũ. q̃ ⁊ si apostoli mu-ti fuerunt tamẽ alloquiũ angeloꝝ ⁊ fre quens visitatio dñi nõ defuerũt. Qua re in sequẽti hebdomada cantat tantũ vna antiphona cũ tribus psalmis in se quenti ti. dicet. Sane tercio respõso-rio cũ gloria patri decantato cuz cereis ⁊ solenni ꝓcessione de choro ad aliquẽ locũ tendimꝰ. vbi sepulcrũ imaginariũ coaptat. et vbi introducunt ꝑsone sub-forma ⁊ habitu mulieꝝ. ⁊ duoꝝ discipu lorum. s. Johis ⁊ petri q̇ ad sepulcrum xp̃m q̃rentes venerũt. ⁊ q̇dam alie ꝑso ne in ꝑsonis ⁊ forma angeloꝝ. q̇ xp̃m a mortuis resurrexisse dixerũt. in ꝑsonis quoꝝ recte cantari potest illa scđa rñso rij p̃mi ꝑticula. Nolite timere ⁊c̃. vsq̃ i finẽ responsorij. Tũc redeũt ad choruz q̃si fratribꝰ referẽtes q̇ viderũt ⁊ audie runt. ⁊ vnus redit citius alio. sicut Jo-hãnes cucurrit citius Petro. In perso nis q̇ꝝ ꝯuenienter cantat illud rñsoriũ Cõgratulamini. sine versu. Si q̇ autez habẽt versus de hac rep̃sentatione ꝯpo sitos licz nõ autẽticos. nõ improbamꝰ Tũc chorus audita resurrectiõe xp̃i ꝓ rumpit in vocẽ altissone cantãs. Te de um laudamꝰ. Quidã vero hãc rep̃sen-tatiõez faciũt anteq̃ matutinũ inchoẽt Sed hic est ꝓprior locus eo ꝙ te deum laudamꝰ exp̃mit horã q̃ dñs resurrexit Quidã etiã eã faciũt ad missaz. cũ dicit seq̃ẽtia illa. Victime pascali laudes. cũ dicit versus. Dic nobis. ⁊ seq̃ẽtes.

Ad hoc in die nostrã resurrectionem rep̃sentamꝰ q̃ xp̃o cõsurreximꝰ. ⁊ ideo de die dicimus. Hec dies quã fecit dñs ⁊c̃. Et in nocte sepulturã q̃ ei cõsepulti sumꝰ. ⁊ ideo illud nõ dicimꝰ de nocte. Vñ dicit apl's. Consepulti sumus cuz illo ꝑ baptismũ in morte. Trina etenĩ i mersio in aq̃ baptismi triduanã dñi se-pulturam representat. Ille quidẽ cõse-

pultus est xpo qui peccare quiescit. Ille ↄsurrexit cū xpo qui celestibus intēdit Et aduerte. qꝛ in duabus ꝑcedentibus noctibus triduanā dn̄i sepulturā repre sentam⁹ ꝯm qđ dn̄s latuit in sepulcro. vnde tūc all'a nō dicim⁹. in hac vero no cte sepulturā dn̄i repſentamus. in eo ꝙ xpo ↄsepulti sum⁹ ꝛ xpk all'a cātam⁹. qꝛ xpo ↄsepeliri gaudiū ē nob. Ad pmā vo nō dr hymn⁹. xpk rōnē in sexta par te sub ti. de nocturnis assignataꝫ. nec q̄ cunq꞉ vult. Quidam tn̄ dicūt psalmuꝫ Cōfitemi. sicut ꝛ in sequēti titulo dicet. Nō fiunt etiā petitiones obsecrationes ꝛ postulationes. qꝛ dicit dn̄s. In die il la nō rogabitis me quicq꞉. Et qꝛ cū glo rificati resurrexerim⁹. nō indigebimus istis. Non ergo dicuntur preces. qꝛ vbi non erit misera non erit petenda mise ricordia. Vbi non erit temptatio. non erit dicendum. libera nos a malo. Non dicitur etiam capitulum. quod est refe ctio. ne post longam psalmodiā homo tedio afficiatur. Confortat enim fessos sicut electuarium membra. Tum quia ibi nullum erit tedium. Tuꝫ quia in h officio breuis est psalmodia. Et quoni am capitulum in horis non dicit. ideo nec responsoriū debet dici. quod respō det capitulo siue lectioni. In missa ta men dicitur. qꝛ respondet epistole. ꝛ in laudibus. qꝛ respondet lectionibus. et dicitur tunc capitulum. Christus resur gens. ad Romanos. vj. ca. De vesperis in sequenti titulo dicetur.

Nunc de diurno officio videam⁹ Et quideꝫ hac die fit statio apud sanctā mariam maiorē. quia cū beatus Gregorius hac die ibi celebra ret ꝛ pax domini ꝓnunciaret. angelus domini alta voce respondit. Et cū spiri tu tuo. Et propter hoc cū papa ibi hac die celebrans dicit. pax domini. in testi monium huius miraculi nihil sibi re spondetur. Ceterum ante missam fit ꝓ cessio. quod ex euangelij autoritate ex trahitur. eo ꝙ angeli dixerunt mulieri bus. Ite dicite discipl'is quia precedet vos in galileam. Et dominus ad eas. Nunciate fratribus meis vt eant in ga lileam. ibi me videbitis. Hec ergo sig nificat processionem apostoloꝛꝫ vt vi derent dominum in galileam euntiuꝫ. Rursus galilea transmigratio interpre tatur In galileam ire fuit de iudeis ad gentes transire. De qua transmigratio ne postea dixit. Euntes docete omnes gentes. baptisantes eos in nomine pa tris ꝛ filij ꝛ spūſſancti. In significatio nem ergo huius transmigrationis ho die solennem agimus processionem si ue in signū ꝙ nos opoꝛꝫ de vicijs trā migrare ad virtutes. siue proficisci de virtute in virtuteꝫ. ad hoc vt videre do minum mereamur. quod fit specialiter in baptismo. ꝛ ideo in significationem baptismi nos ꝛ loca nostra aqua bene dicta aspergim⁹ cantantes. Vidi aquā Alijs vero tempoꝛib us cantatur. Asp ges me. Verūtamen nec hodie nec in pēthecostes aqua benedicitur. que lati us prosecuti fuimus in quarta parte sb titu. de aque benedicte aspersione. Ab hac ꝓcessione omnes processiones do minicales per annum originem traxe runt. vt videamus dominum in galilea id est in transfiguratione de vicijs ad v tutes Dies em̄ dominica est dies resur rectionis. natiuitatis. ꝛ spūſſancti missi onis. ꝛ in omnib⁹ de nouo dūtaxat est testamento cantandum. De ꝓcessione dictum est in quarta parte sub ti. de ac cessu pōtificis ad altare. Sed ad quid dictū fuit apl'is vt irent in galileā ad vi dendum dn̄m. ꝓut legit in matheo cuꝫ eadem die euꝫ viderint in hirłem. Re spondeo. hoc dicit maxime propter al legoꝛiam. licet ad litterā factū sit. Alle goꝛice em̄ transmigratio illa significat trāsmigratiōeꝫ de iudeis ad gētes. in ij

maxime videt xps. qr in hoc maxie apparet xpi deitas quia totus mundus ad pdicatoz famulorum xpi credidit. Dixerunt ei apli iudeis. Quia verbu dei repulistis: et vos indignos fecistis vite eterne. ecce convertimur ad gentes. In hac pcessione pcedunt luminaria vt illud euagelium impleat in nobis. Sint lumbi vri pcincti: et lucerne ardetes in manibus vris. Crux etia pcedit vt carne nostra crucifigamus, cum vicijs et cocupiscentijs. Et post cruces et vexilla que sunt victorie ihu xpi insignia. sequuntur sacerdotes dealbati exultantes in laudes resurrectois qui pcedunt cum tacita ppli sequetis expectatoe. vt p distinctas et morosas expectatoes corpaliter illud pheticu qd tunc cantat impleri videat. Cu iocunditate exibitis et cu gaudio deducemini. Na et motes et colles exilient expectatesvos cum gaudio. Ite in ea maior sacerdos pcedit. qr dixit dns. pceda vos in galilea. Ite i ea nihil resonet qd sit veteris hystorie. sed ea solu catant que gloria psonent euangelij. Inter que illud psertim in quibusdam ecclesijs admittit. Virtute magna reddebat apli testimoiu resurrectois ihu xpi Quia sicut diximus in galilea trasmigratio. est aplorum pdicatio. Cum aut ventu est ad mediu tepli. vtriusque sexus pplo circustante. totis viribus chorus in voce exultatois erumpit antipham cantas. Sedit angelus. que exprimit qd apostoli docuerut. aut docere debuerut. s. xpm viuere. Et est totis viribus pcinendu et in auditu circumstantiu efferendu. qr que queritis viuit: et vita hoim cum eo surrexit. Vel hodierna pcessio illud nob recolit. quia rex glorie cu exercitu redepto ru de infernalibus claustris ad celestia regna migrauit. Post pcessione sequit missa. et incipit pcentor loco magni precetoris. s. xpi. Resurrexi et adhuc tecum sum. Post que cantat chorus ad significandu quia ad xpi similitudine alij sancti qui erunt in patria deu laudabut. Quod vero sequit. et adhuc tecu sum. in hoc notat eternitas. in qua sp est cum patre. Cantat quia hac die in psona xpi. Resurrexi et adhuc tecu etc. sed tunc illud dicet in psona nostra qn resurgentes transibimus de hac mortalitate ad imortalitate. qd figurat in hoc qd dicet i euagelio. Et transiens ministrabit eis. Ministrabit enim nobis cibu spualem. seipm sicut iudeis dedit mana in deserto. Pot etia dici quia dns per ora phetaru diriges sermone ad patre ait. Resurrexi et adhuc tecum sum. In quo tria notet. scz sua gloriosa resurrectione. et patris in passione protectione. et cognitione eius p scietie sue dilatatione p orbe. Resurrectione eius notat cum dicit. Resurrexi et adhuc tecum sum etc. q. d. Non est ita sicut iudeus cogitauit quia a te oino sim derelictus et abiectus tanquam imundus. Vn deridendo dicebat iudeus. Si filius dei est liberet eu Quasi diceret. No liberabit eu. qr de eo non curat. Protectione patris in passione notat. cu dic. Posuisti sup me manu tuam. q. d. Protexisti me no a passione sed ab eo qd iudei intendebat. vide licet ab extinctoe nois mei ad qua intedebat Vn dicebant. Si dimittimus eum sic oes credet in eum. Sed in hoc qd me occiderut hoc quod ipi timebat psecutum est. Na ego qui sum granu frumeti cadens in terra multu fructu attuli et tam de isto quam de illo primo laudandus est pat. Vn post vtrunque cantat alla. scientie patris dilatatione notat cum dicit Mirabilis facta est etc. qsi diceret. Ex hoc cognitio tua pater non tm ad iudeos sed etiam ad gentes dilatata est. Nam prius tantu in gente iudeorum cognoscebaris: iuxta illud. Notus in iudea deus etc. Et qr ab vtroque pplo pgsceris ab vtroque tibi laus offert. et idcirco duplex alla sequitur. et ad id ptinet vsus. Dne pbasti me etc. sessione meam. i. humilitate i passio-

ne. ꝛ resurrectionē meam .i. gloriā meã in resurrectõe. In q̇busdā tñ eccl'ijs tacet verbū illud, sessionē. ꝛ solū dicit resurrectionē meā. Potest tñ vtrūq̄ dici. ꝑ quod duplex xp̄i natiuitas designat. Sequit hymnus trinitatis. s. glia patri. q̇ in p̄cedentibus dieb⁹ intermissus fuit ꝓpter ignominiā illatā trinitati i tertia ꝑsona. s. in filio. Nunc aūt q̄ꝛ sublata est ignominia illa. hymn⁹ ille cantat. Hec etiā in quibusdā ecclesijs ꝑ cereos representant vbi tres cerei ante altare ardere ꝯsueuerūt. sed in trib⁹ dieb⁹ ante pascha nō ardēt nisi duo in signū ꝙ tertia ꝑsona sublata est. hac ṽo die terti⁹ cereus reaccendit. in signum ꝙ ipa christi ꝑsona gl'iose reddit nobis. Post hoc dꝛ collecta. in qua ostendit quis sit resurrectionis ꝛ mortꝭ effect⁹. qm̄ apertio ianue regni celestis est effect⁹. Qualiter aūt illā ianuā itrare debeam⁹. dꝛ in ep'la que ē j. ad Coꝝ. v. c. scilicet. Expurgate vetus fermentū. i. abijcite vetustatē a vobis. ꝛ hoc est ire in galileā. i. de vicijs ad virtutem ꝛ de virtute in virtutē sicut estis azimi. i. esse debetis. vel estꝭ azimi ꝑ baptismū. Etem̄ pasca nostꝝ imolatus est xp̄s q. d. coctus est agn⁹ ꝛ parat⁹. Itaq̄ epulemur. Et determinat q̇s sit agn⁹. cum dicit xp̄s. Xp̄s em̄ est pascha nostꝝ. id ē agnus paschalis ꝛ festū pascale. Alia etiam rōne ip̄e est pascha. q̄ꝛ ꝑ ip̄m ꝛ ab ipso ꝛ ad ip̄m est nobis trāsitus p̄dictus. Nō in fermento veteri. neq̄ in fermēto malicie. i. male volūtatis. ꝛ nequicie. id est praue intelligētie. nequā em̄ est qui de deo male intelligit. sed in azimis sinceritatis ꝛ veritatis. i. in accenso affectu ꝛ purificato intellectu. vel in sinceritate charitatis ꝛ puritate fidei. Sed etiā pl⁹ dicit veritas q̄ꝫ fides. comprehendit em̄ sapientiā ꝛ intelligentiā. Sꝫ videtur littera epistole in se cōtraria. Si em̄ sum⁹ azimi. i. sine fermento. quomodo expurgabimus vetus fermentuꝫ. quomodo etiam dicitur vt sitis noua conspersio. videt enim dicere vt sitis azimi sic̄ estis azimi. Nam noua cōspersio nihil aliud est q̄ꝫ farina aqua cōspersa. i. pasta non dū fermētata. Sed est notandū ꝙ duobus modis dicit quis peccare. scꝫ peccato ꝓprio vel peccato alieno cui cōsentit. Erant em̄ illi q̇bus loquebat apostolus azimi. i. sine ꝓprij peccati fermēto. ſꝫ erāt alieno peccato infecti dū non rep̄hendebāt illū cuꝫ possent. qui patri suo ꝓpriā nouercam abstulerat. q̇ inter eos erat. Unde dicit eis. Expurgate vetus vermentū. id est abijcite illum a vobis ꝑ excōmunicationē. vt sitis noua conspersio. i. sine fermento alieni peccati

Sequit graduale. quo vtitur ecclesia ꝓpter nos qui non habemus adhuc nisi resurrectionē anime. ꝛ expectam⁹ resurrectionē corporis. scꝫ. Hec dies quā fecit dñs exultemus ꝛ letemur in ea. q̄ꝛ exultando ꝛ letando itur in paradisum sed cum labore ꝛ angustia ꝛ cum maxima afflictione itur in infernum. q̄ꝛ non est pax impijs dicit dñs. sed bonis est iocunditas pax ꝛ quies maxia ꝓpter speꝫ gloriose resurrectionis. Cantat autē graduale licet sit luctus laborātiū propter baptisatos qui arripuerūt laborē militie vt ꝑueniant ad alleluia eterne leticie Grandis em̄ laboreis supē vt partē habeant in scd̄a resurrectione. Et est sciendum ꝙ est dies temporis. Unde. Hodie si vocē eius audieritis. i. si tempore q̊ viuitis. Et est dies eternitatis. Unde Melior est dies vna in atrijs tuis sup̱ milia. Hanc diē hodierna festiuitas inchoat. ꝛ ideo recte demonstratiue dicit Hec dies quam ꝛc̄. Et hodie resurrexit dñs. Sed hec dies dum est in aurora vl' a sensu vocat dies salutis ꝛ gratie. Cuꝫ fuerit in meridie vocabit dies eternitatis ꝛ glorie. Hec dies declinum nō sentit. et ideo solennitas ista vesperum nō habet. vt dicetur in titulo sequēti. Post

modum sequitur alleluia cantus quidē
angelicus.s. Pasca nostrum immolat⁹
est xp̄s.j.Cor.v.c.qꝛ ipse est panis an-
gelorum ⁊ in quem desiderāt angeli ꝓspi-
cere.etiā inq̄tū est hō.q̄si diceret. Lau-
date dn̄m deū.qꝛ pasca nostrū immola-
tus est xp̄s.Deinde sequit̄ euāgelium.
Marci.xvj.c. q̄ habet figurā leonis. qꝛ
⁊ xp̄s fuit leo in resurgēdo.⁊ qꝛ s̄m ordi
nē legunt̄ euāgelia.ꝓut in sequēti ti.di
cetur.Est aūt euāgeliū Maria magda
lena ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerūt aro
mata ⁊c̄.Similit̄ opꝫt nos emere aro-
mata bone volūtatis Esa. Venite ⁊ abs
q̄ȝ argento ⁊ absq̄ȝ vlla cōmutatōe emi-
te vinū ⁊ lac.i.aromata virtutū q̄b⁹ vn-
git̄ deus.qꝛ delitie sunt ei esse cum filijs
hominū.Et sequit̄ ibi q̄ angelus appa-
ruit mulieribus in vestibus albis.Sed
in euāgelio Matthi qđ legit̄ in vigilia
dicit̄ q̄ aspectus eius erat sicut fulgur.
⁊ vestimēta eius sicut nix.Et ꝓ hoc no-
tatur sicut dicit Gregorius q̄ dn̄s in iu
dicio terribil̄ apparebit reprobis. ⁊ blā-
dus iustis vna facie. Hoc em̄ erit ex di-
uersitate cōscientiarū. Quia ergo blā
dus apparebit iustis.ideo ne nimis đ re
surrectōe exultemus sequitur in offer-
torio.Terra tremuit ⁊ quieuit. In post
communione que sicut alleluia sumit̄
de epistola.hortatur ecclesia filios suos
vt cum fide veniant ad communionē
dicens. Pascha nostrum immolatus ⁊c̄
Aiunt quidam q̄ illud quod dicitur in
introitu Resurrexi.vox ē sponsi ad spō
sam eam de morte sua in presenti tem-
pore consolantis.cui sponsa respondet
Posuisti ⁊c̄. Vel est vox generis huma
ni quod in adam cecidit.⁊ per christum
resurrexit.Cetera sunt concentus ange
lorum ⁊ hominum de christi resurrecti
one gaudentium.

De septem diebus post pascha.

[b] HEc pͥa septima-
na pascalis tp̄is.licet cōiter voce
tur septimana in albis.tn̄ sequēs
magis ꝓprie vocat̄ in albis ꝓpt̄ causas i
p̄cedenti titulo positas. Et hec est cōis
huic tp̄i ⁊ p̄cedēti.Est em̄ tota de septua
gesima que terminat̄ in sabbato in albis
Inde est q̄ tract⁹ in sabbato paschali ⁊
graduale ꝑ totā ipsam hebdomadā dici
tur.qđ laborē significat. All'a vero ⁊ ce-
tera cātica leticie cātant̄.vt dictū est sub
dn̄ica septuagesime.⁊ hoc ꝓpter temp⁹
regressionis.qđ incipit s̄m quosdam in
pascha.ꝓut ibi dictū est. Isti ergo septē
dies cōputant̄ cum septuagesima.quia
hec septimana est septima a quadragesi
ma.ꝑ quā idem significat qđ ꝑ septua-
gesimā.in cuius septima decade filij is-
rahel acceperūt licentiā redeundi. ⁊ iaȝ
quasi liberi erāt.ideoq̄ȝ diebus istis cāti
ca leticie cantant̄. Porro oēs isti dies se
ptē.sunt q̄si vna dies dn̄ica. Vn̄ semꝑ
cantat̄ in eis. Hec dies quā fecit ⁊c̄. Et
in p̄fatione đr.Te q̄dem dn̄e oi tp̄e.sed i
hoc potissimū die glo.p̄.⁊c̄.Et in eis sꝑ
agit̄ de resurrectōe.ad ostendendū q̄ ꝑ
septē dona spūs sc̄ti venit̄ ad veraȝ resur
rectionē. Vel potius qꝛ in tota vita ista
que ꝑ septē dies currit debemus anhe-
lare ad gloriā resurrectionis q̄ȝtū possu
mus. Sic ⁊ pascha in veteri testamēto
ꝑ septē dies celebrabat̄.⁊ scenophagia.
id est fixio tabernaculorum. Quecūq̄ȝ em̄
hac die facim⁹ ideo facere debem⁹ vt in
celo tabernacula nostra figam⁹ qđ erit
ꝑ gloriā imortalitatis.vt ille q̄ crucifix⁹
est ostendat nobis suā deitatē cū dicit in
officio nocturno.Ego sum q̄ suȝ. Et cū
dicit se esse illū qui dixit moysi.q̄ est mi-
sit me ad vos.Exod.iij. Siq̄dem pasca
est hebdomadaria festiuitas.qꝛ qualibȝ
die hebdomade mutant̄ officia. In vete
ri em̄ testamēto tres habuerunt hebdo-
madarias festiuitates.scȝ pascha ⁊ pen

thecosten. quam etiam nos habemus. licet ad aliud quam illi habuerunt. et scenophagiam quam non habemus nisi quodammodo vt dicetur in prohemio septime partis. Quidam vero scripserunt quod festum penthecostes non fuit in veteri testamento festum hebdomadale. Et quod in nouo testamento habet septem officia propter septem spiritussancti dona non quia sit festum hebdomadale. quia tres vltime dies non habent omnino propria officia. Ad hoc notandum est quod cum in vrbe romana esset magna aeris pestilentia beatus Gregorius in tempore pascali ordinauit vt imago beate virginis que in ecclesia sancte marie maioris seruatur quam beatus lucas pinxisse dicitur. et eidem virgini similima perhibetur passionaliter portaretur. et dum ante processionem reuerenter portaretur. ecce tota aeris infectio et turbulentia cedebat imagini fugiens. ac si eam ferre non posset. sic quod post imaginem mira serenitas remanebat tunc autem iuxta imaginem audite dicuntur tres voces angelorum canentium. Regina celi letare alleluia. quia quem meruisti portare alleluia. resurrexit sicut dixit alleluia. Statimque beatus Gregorius adiunxit. ora pro nobis deum rogamus alleluia. que antiphona ideo hoc tempore frequentatur Et tunc Gregorius vidit supra castrum crescentij angelum domini qui gladium cruentatum tergens in vaginam reponebat. Intellexit ergo Gregorius quod pestis illa cessasset. quod et factum est. Unde castrum illud exinde castrum sancti angeli vocatum est. Premissa imago in ecclesia beate marie maioris in vrbe super limen baptisterij seruatur. quam romani reginam vocant. Per hos autem septem dies tres tantum dicuntur psalmi sicut et in dominica resurrectionis. In hoc tamen interest secundum aliquas ecclesias. quia tunc dicuntur cum tribus antiphonis. in his vero diebus cum vna sola. Siquidem ideo tres psalmi per hos septem dies baptismales dicuntur. quia qui pure baptisantur septem spiritussancti dona suscipiunt. que per hos septem dies signantur. suscipiunt etiam tres virtutes. scilicet fidem spem et charitatem: que per tres psalmos intelliguntur que nobiscum vsque in finem manere debent. Canimus ergo tres psalmos vt recolamus nos habere tria hec. Antiphonam dicimus vna est quia vnus est a quo hec omnia sunt. Rursus vero quia vt premissum est. hec tota hebdomada est quasi vna dies dominica. inde est quod per omnes hos septem dies canimus psalmos de nocturno dominice diei. vel eius adiacentes. Quedam tamen ecclesie pretermittunt psalmos maiores et laboriosos. scilicet confitebor. et Diligam te. quia neophicis omnia breuia debent proponi. et soror nostra paruula est. et vbera non habet. Et apostolus dicit. Lac dedi vobis potum non escam. Sed numerum supplemus per illos duos. Cum inuocarem et Uerba mea. Et ita decem et octo psalmos perficimus vsque in sextam feriam. In sabbato autem sumimus tres de adiacentibus quos in die dominica ad primam cantare solemus. scilicet. Dominus regit me. Domini est terra. et Judica. Sed et illos duos. Deus deus respice. et Ad te domine leuaui. propter causam predictam pretermittimus. In sequenti vero tempore multiplicandi sunt psalmi. sicut et boni mores qui per psalmos intelliguntur. per quos ad gloriam peruenitur. quam per totum tempus istud figuramus. In quibusdam tamen ecclesijs non dicunt nisi tres psalmos vsque ad penthecosten. et hoc ex institutione alcuini. prout dicetur sub dominica de trinitate. Sed hoc non bene fit hodie. Primo quia causa quare illud institutum fuit hodie cessat. Secundo quia contra canonem Gregorij faciunt prout dictum est in quinta parte sub titulo de nocturnis. Tertio ideo: quia inter canonicos regulares et alios clericos qui vsurpato nomine seculares

dicuntur. nulla debet esse quo ad hoc
differentia. nam ꝛ ipsi magna ex parte
antiquitus regulares fuerūt. Et certuꝫ
est ꝙ canonici regłares in octaua resur
rectionis dicūt in nocturnis nouē lecti
ones cū nouē respōsoꝛijs. ꝛ etiā ecclesia
romana. Qui em̄ dicunt ꝙ omnia faci
lia debent esses eo tpe. ꝓpter neophicos
illā facilitatē nimis extendūt. Nā due
tantū sunt hebdomade neophicoꝝ. scꝫ.
in pasca ꝛ penthecosten. ꝛ ꝑterea cōclu
ditur eis in ascēsione vbi sunt nouē rn̄
soꝛia ꝛ nouē psalmi cū suis antiphonis
Nulla em̄ est sufficiēs ratio q̄re in seqn̄
ti die post ascēsionē dicam⁹ tantuꝫ tres
psalmos cū vna antiphona. De ħ etiā
dictū est in ti. ꝑcedenti. Nempe ꝭm ro-
manū oꝛdinē in oībus dn̄icis noueꝫ le
ctiones dicunꝭ licet maguntinū cōcili-
um a pasca vsqꝫ ad penth. tres tantū in
stituerit esse legēdas vt seruitiū matuti
nuꝫ in die canteꝭ. qꝛ in futuro trinitas
cōpꝛehendeꝭ. ꝛ a sctis in luce dn̄o serui
etur. Ad pꝛimū aūt dicūt q̄dā ꝑ totā
hebdomadā totū psalmū Cōfitemi ꝛc̄.
In q̄ ꝑcipue de xp̄i resurrectiōe agitur
Alij v̄o solū versuꝫ Hec dies ꝛc̄. quem
in p̄ma ꝛ in alijs hoꝛis ꝓ capitło dicūt
qꝛ vitā illā figuram⁹ in q̄ doctrina nul-
la necessaria erit. ꝫ oēs docti gratilabi-
mur ꝛ exultabim⁹. Psalm⁹ vero Qui
cunqꝫ vult ꝛc̄. toto isto tpe nō diciꝭ. q̄ni
am ad fidē ꝑtinet. hoc em̄ tp̄s significat
octauā etatē. vbi nō erit fides que eua-
cuabiꝭ. ꝫ res q̄ cōpꝛehēdeꝭ nō erit figu-
ra ꝫ veritas. In q̄busdā tn̄ ecclijs aliter
obseruaꝭ qꝛ vbi fides nō est supedifica-
ri nō potest. Min⁹ etiā symbolū. s. Cre
do in deū. ob eandē causam subticeꝭ ad
p̄mā. Nā cū venerit qd̄ ꝑfectū est eua-
cuabiꝭ qd̄ ex ꝑ te est. Vn̄ in cōdensis. i.
in ꝯdēsitatib⁹ ppłi vsqꝫ ad coꝛnu altaris
id est ad cōionē. Nō diciꝭ etiā capitulū
neqꝫ ꝑces. vt dictū est in ti. ꝑcedenti.
Vespertinū officiū est hui⁹ festiuita
tis claritate illustratū. nō em̄ ꝑ deus in
adiutoꝛiū meū intende. quoniaꝫ in illa
vita nō sicut hic adiutoꝛio indigebim⁹
sed ꝑ kyri heleyson inchoaꝭ. qꝛ vesꝑtina
hoꝛa sabbati pascał baptisma fuit ꝑ ky
ri heleyson inchoatū. ꝛ in trinitatis no-
mine celebꝛatū. ꝛ ꝓpterea in eadē hoꝛa
ꝛ in eisdē verbis ꝑ totaꝫ hāc hebdoma-
dam in festiue regenerati ōis iocūdita-
tem sctā trinitas adoꝛaꝭ. Vel ꝑ kyri he
leyson incipiꝭ. vt q̄si nō existēs ꝑ se offi
cium misse officio cōtinueꝭ. Nā vt in ti
tulo ꝑcedenti dixim⁹ hec dies vesperā
nō habet. qꝛ decliuū eternitas nō agno
uit. Tres psalmos sub vno alła. i. gau-
dio cantanꝭ in q̄busdā ecclijs qꝛ ꝑ fideꝫ
trinitatis ad vnū eternitatis gaudiuꝫ ꝑ
ueniꝭ. Vel hi tres psalmi resurrectioni
q̄ tercia die facta est ꝯueniūt iesu. Pꝛo
capitło sequiꝭ hec dies sicut in alijs ho
ris. qꝛ ibi nō erit necessaria doctrina. ꝫ
exultatio. Vel vt noteꝭ solicitudo bap
tisatoꝛū adhuc ꝑegrināntiū ꝛ laboꝛātiū.
qꝛ nōduꝫ habēt gaudiū nisi [illegible] q̄ ꝑue
niꝭ ad alła rei. Pꝛoinde ꝓ hymno seq̄ꝭ
alła. qd̄ est ꝓpꝛius illoꝛum ciuiuꝫ hym-
nus. Sane descendimus ꝓcessiona-
liter ad fontes cum cereo ꝑ totam heb-
domadam cantantes canticum exulta
tionis. ꝛ populus sequiꝭ. s. viri per se. et
mulieres per se. quod fit in memoꝛiam
eius quod hebꝛei pharone ꝛ suis i ma-
ri rubꝛo submersis fecerunt. qui in gra-
tiarūactiones de submersione hostiuꝫ
ꝑ totam hebdomadā redibant ad ma-
re viri per se. ꝛ mulieres per se cantan-
tes illud canticum moysi. Cantem⁹ do
mino Siquidē hostes nostri sūt demo
nes. mare rubꝝ ē baptism⁹. in q̄ sb̄mer
gunꝭ oēs hostes. i. vicia ꝛ pctā ꝛ demo-
nes Et inde etiā est ꝙ neophici baptisa
ti in sabbato scō ꝑcedēte suo luie. s. xp̄o
redeūt ad fontē baptismi. his septē die
bus gr̄as agētes. qꝛ inimici eoꝝ sb̄mersi
st. s. vicia ꝛ pctā. ꝛ tūc circa fōtes cantāꝭ

psalmi. Laudate pueri. s. nouiter bapti-
sati. ⁊ In exitu isrl' d egypto. q2 ꝑ baptis
mū de tenebris peccati exim⁹. Duo er-
go psalmi circa fontes cantant. q2 ꝑ ge-
minā dilectionē ad fontē vite ꝑtingit. q̄
baptisatis ⁊ batismo ꝯueniūt. Baptisa-
tis. vt Laudate pueri. ⁊ est ammonitio
laudis ad neophicos. qui facti sunt pue
ri. i. a vicijs puri. ꝑ quibus mater eccīa
iubilat ad fontes in laudē eius gratie ꝑ
quā meruit esse qd in cātico amoris au
diuit. Fons ortoꝝ puteus aquarū viuē
tiū. Postea transit ad aliquod oratori-
um cū psalmo. In exitu isrl' q̄ ꝯuēit ba
ptismo cum dr. Quid est tibi mare qd
fugisti. ⁊ fit statio ad crucifixū. ⁊ reddū-
tur ei grates. q2 ipe est q̄ baptisat. Vn̄ i
euāgelio. Sup quē videris spm̄sanctū
descendentē ⁊c. hic est q̄ baptisat. Et sa-
lutat. q2 ꝑ crucē ⁊ in cruce nacti sumus
siaꝝ nr̄aꝝ redemptōe. Rursus ꝑ hos
septē dies baptismales. neophici quoti
die ad eccīam ducunt. Sicut em̄ filij is-
rael licet trāsissent mare rubꝝ in q̄ ba-
ptisati sunt. non tn̄ ꝑuenerūt ad terram
ꝓmissiōis. nisi sub ducib⁹ dn̄o illos pa-
scēte ex manna. ⁊ colūna ignis eos ꝓce
dente. sic ⁊ ipi his septē diebus sub du-
cib⁹. i. pſbyteris patrinis ⁊ matrinis du
cuntur ad ecclesiam: et pascuntur cor-
pore domini. ⁊ cerei precedūt eos. Et sic
tandē in sabbato quasi ꝑueniūt ad ter-
raz ꝓmissionis. Cereos aūt quos i sab-
bato scto dum baptisarent habuerūt. ꝑ
hanc hebdomadā in quibusdā locis ad
missas ⁊ ad vesperas accendūt. ⁊ in sab
bato in albis vel in sequenti dn̄ica il-
los accēsos offerūt sacerdoti. Siqdē lu
minaria accēsa bona opa sunt qbus to-
to tp̄e vite pn̄tis que ꝑ septenariū ducit
lucere debēt. Offerunt sacerdoti. q2 post
hanc vitā ad sūmū sacerdotē. i. ad xp̄m
cum luminarib⁹ bonoꝝ opeꝝ veniunt.
iuxta illud. Venientes aūt venient cū ex-
ultatione por. ma. suos. Potest etiaz

dici ꝙ processiones vespertinales hui⁹
hebdomade. reuersionem significant. d
captiuitate babilonie. Hec est enim
hebdomada reuertentium: qui in fine
sue captiuitatis reuertuntur ad deum.
Et vespere trina statione complentur:
sicut ⁊ baptismus in trinitatis noīe cele
brat. Qui vo fontes non habēt nō exe
ant. sed qnqꝫ psalmos ꝯtinue dicāt. ⁊ p⁹
collectā diei de cruce collectā adiungāt
Eedē vespere quotidie repetunt. q2 pro
vna ⁊ eadē die tota hec hebdomada re
putat. In qbusdā etiā ecclesijs i his
septē diebus qn̄ descendit ad fontes an
tefert quidā serpēs imaginarius. super
virgā. ⁊ cādela nouo lumine accēsa sup
caput serpentis retorta. affigit. ex q̄ cere
us pascalis. ⁊ oēs alie candele eccl'ie ac
cendunt. Circa qd sciendū est ꝙ sicut le
git Numeri. xxj. c. Moyses in deserto
erexit sup palū serpentē eneū. vt q̄ ꝑcus
si erāt a serpentib⁹ ꝑ illi⁹ sanarent aspe-
ctū. In quo xp̄i passio prefigurata fuit.
Vn̄ ⁊ dn̄s ait in euāgelio iohis. Sicut
moyses exaltauit serpentē i deserto. ita
⁊ exaltari optet filiū hoīs. Jdo ḡ serpēs
imagiari⁹ fert ⁊ aspicitur. vt xp̄i passio
memoret. ⁊ ꝑ hoc a vulneribꝫ peccato
rum sanemur. Nā serpēs in palo ē xp̄s
in patibulo. Ideo i benedictiōe baptis-
mi. ⁊ cum ad fontes descēdit. q2 baptis-
mus a xp̄i passione vtutez accepit. in q̄
etiā a peccatis sanamur ⁊ mundamur.
Fit hoc in vesp̄is. qm̄ ipse xp̄s fuit sacri
ficiū vesp̄tinū. vn̄ ps. Eleuatio ma. me.
sacrificiū vesp̄tinū. Ignis nou⁹ ex silice
excussus est xp̄s passus. qui est lumē d
lumine. ex q̄ cetere cādele in ecclesia il-
luminant. q2 ipse illuminat oēm hoiez
venientē in hunc mūdū. Candela in ca
pite serpētis retorta ē spinea corona in
capite xp̄i posita. In cōpletorio vero i
qbusdā locis ꝑtermittit psalmus. Qui
habitat. sic in p̄ma ps. Quicūqꝫ. In
his aūt sex dieb⁹ dr ad missam introituz

⁊ all'a ꝓut infra dicet᷑. Et d̾ ꝑmo rn̄sori um. ⁊ post sequit᷑ all'a. ⁊ hoc triplici de causa. Primo qꝛ em̄ in laboribꝰ vite ꝑ sentis exultandū est iuxta illud. hilarez datorē diligit deꝰ. ideo nūc post gradua le ⁊ versum ꝯuenient᷑ sequit᷑ all'a. qd̾ est vox leticie. Scd̾o rn̄sorium actiuā. all'a do ꝯtemplatiuā vitā significat. Rn̄sori um em̄ significat actionē. quā scti exer cebūt in resurrectōe corpoꝝ que erit in oi leticia ꝓut v̾ba rn̄sorioꝝ huius tēpis declarāt. q̄ oia siue versus eoꝝ excepto eo q̇ cantat᷑ in tertia feria. ꝓut ibi dicet᷑. sunt de ps̄. cxvij. Confitemini dn̄o. qui psalmꝰ sonat ꝯfessionē laudis. ⁊ est d̾ et na leticia. Quia igit᷑ ois illa laus cōfes sionis siue actio ad gaudiū ⁊ dei gl'ifica tionē tendit. merito ab all'a ꝯcludendū est. Et qm̄ eadem actio nihil aliud est q̄ꝫ laus dei. iō ad hoc ostendendū post hos sex dies ꝯtinue canit᷑ sine rn̄sorijs all'a. Tertio ideo in his sex diebꝰ hoc fit. qꝛ se narius numerꝰ ad oꝑa sicut septenariꝰ ad requiē refert᷑. Qui em̄ vult ꝑuenire ad requiē oportet eū primo toto tp̄e ꝑ sentis vite bn̄ oꝑari. Circa hoc sciendū est ꝙ eccl'ia his diebus sctōꝝ actū in cor pe cum fine leticie recolit. sic incipiens actū. vt ꝑtingat ad quietē. ꝑmꝰ dies mā dat actū. septimꝰ requiē gestat. octauus gl'ificat. Nempe rn̄soriū illā actionez si gnificat. quā scti in resurrectione corpo rū exercebūt. aie quippe sctōꝝ ante re surrectōꝫ corpoꝝ in q̇ete sunt. sed dū il lā recipient in actōe erūt. ⁊ tunc sic erit actio vt non desinat q̇es. In quiete q̇dē erunt. qꝛ non laborabūt nec cogitatōni bus fluctuabūt nec erit etiā in q̇ete illa segnicies desidiosa. sed sic ab huius vite oꝑibus in fine q̇escēt. vt in alterius vite actōe gaudeāt. Hec aūt actio ideo nob ꝑ numeꝝ senariū in memoriaz reducit᷑. qꝛ sicut septenariꝰ numerꝰ requiē. ita se nariꝰ oꝑa rn̄sorioꝝ significat. Per rn̄so ria em̄ intelligimꝰ sctōꝝ actōes q̄ erunt cum oi leticia. vt iam dictū est. Et nota ꝙ ꝑdicti v̾sus qui canunt᷑ his septē die bus cū rn̄sorijs dicunt᷑ eo ordie quo po siti sunt in ps̄. Cōfitemini. vn̄ sumpti sꝫ exceptis duobꝰ q̄ in quibusdā eccl'ijs ꝑ postere ponunt᷑. Nā in q̇nta feria dicūt v̾sum. Bn̄dictus q̄ venit in noie dn̄i ⁊c. q̄ ibi ponit᷑ vltimo. Et in sexta feria v̾sū Lapidē quem reprobauerūt edificātes ⁊c. ⁊ h̾ ideo. qꝛ in illo pleniꝰ agit᷑ de pas sione saluatoris. q̄ꝫ in alijs versibus ibi positis. ⁊ ideo merito illa die cantat᷑ in q̄ passus fuit. Nec est omittēdū ꝙ i q̇ busdā eccl'ijs in his septē diebꝰ duo cuꝫ albis supcilicijs icipiūt rn̄soriū. Hec di es. Et in alijs q̇sdā tropos post altare. qd̾ repn̄sentat sepulchꝝ ꝓ eo ꝙ corpꝰ ihu in eo sacramentalit᷑ collocat᷑ ⁊ ꝯsecratur gērētes typū duoꝝ angeloꝝ. q̄ stantes sepulchro xp̄m resurrexisse retulerunt Verba em̄ illa Hec dies ⁊c. ad resurre ctōis diē ꝯtinere noscunt᷑. Rursus can tādo post altare repn̄tant apl'os ⁊ muli eres timētes. ⁊ xp̄m resurrexisse ꝑpubli ce formidātes. Fit aūt h̾ ad laudes. ad tertiā ⁊ ad vespas. Primo eo ꝙ i his tri bus spāliter horis xp̄i passio est expleta Nā mane captꝰ ⁊ illusus. i tertia flagel latus ⁊ linguis crucifixꝰ. in vespis d̾ cru ce depositꝰ ⁊ sepultꝰ est. Scd̾o in signū ꝙ resurrectio tribꝰ vicibus nunciata est. Primo s̄m marcū ⁊ mattheū ꝑ vnū an gelū q̄ s̄m augustinū stabat i monumē to nō directe sꝫ q̄si ad ostiū. Scd̾o ꝑ du os āgelos q̄ s̄m Iohez stabāt intꝰ. Ter tio ꝑ ip̄m xp̄m iuxta monumentū. Fit etiā hoc in q̇busdā eccl'ijs ad missam eo ꝙ illa in altari celebrat᷑. sup qd̾ xp̄i corpꝰ ꝯsecrat᷑. Ideo aūt a pascha vsq̄ꝫ ad octa uā pēthecostes canit᷑ all'a fere in oibus antiphonis ⁊ rn̄sorijs nocturnalibꝰ ⁊ in offerēdis ⁊ postcōionibus. vt celebratō tp̄is post resurrectōꝫ reducat nobis ad memoriā vitam cōtemplatiuā. sicut tē pus qd̾ est ante pascha reducit actiuaz.

Tēpus em̄ ante pascha qđ in ieiunijs
ꝛ orōnibus agimus significat erumnas
huius vite. ꝛ tribulatōꝫ captiuitatis. in
qua dū sumus. cātica leticie subticem⁹
Tp̄s vero post pascha significat beati-
tudinē ꝛ ꝑpetuā exultatōēꝫ. in qua post
resurrectōꝫ erimus. ꝛ ideo relaxatis ie-
iunijs canēdo all'a qđ interp̄tat̄ lauda-
te dn̄m. in dei laudib⁹ frequētam⁹. de q̄
dictū est in ꝓhemio huius ꝑtis. Illud
tn̄ notandū est ꝙ in quibusdā eccl'ijs in
hac hedomada all'a cantat̄ in missa sine
finali melodia. ꝛ v̄sus ꝛ antiphone sine
neuma. sed in sequētibus cantat̄ cū illa
ꝛ hoc ideo: qꝛ in hac cātam⁹ ꝓ dn̄o nr̄o
qui in aīa ꝛ corꝑe ꝓ resurrectōe iam fa-
ctus est gl'iosus. ꝛ illa finalis melodia
expectatōꝫ nr̄am significat. vel etiā san
ctoꝝ scđe stole expectatōꝫ. Tacemus ḡ
qꝛ habem⁹ qđ optamus. paruuli nāqꝫ
plorāt cū panē nō h̄nt. sed cū h̄nt qđ de-
siderāt tacēt. ita ꝛ nos q̄si ploram⁹ alio
tp̄e. qꝛ nō habem⁹ qđ desideram⁹ ꝛ sci-
q̄si in desiderio sunt expectatōis. In q̄-
busdā etiā eccl'ijs in magnis etiā solēni
tatib⁹ tacet̄ illa melodia in signū ꝙ san-
cti ꝓ q̄bus celebram⁹ certi sunt ꝙ scđaꝫ
stolā quā expectāt amittere nō p̄nt. Iu
bilus q̄dē diuersa notat. vt dictū est sub
natali. Porro in istis octo dieb⁹ cātat̄ ꝓ
memoria neophitoꝝ ꝛ singulis diebus
singula denotata sunt officia. qđ nō fit ī
toto tp̄e vsqꝫ ad penthecostē. ꝛ in p̄ma
die. s. in sabbato sctō. ꝛ in octaua dupli-
ces laudes ponunt̄. In prima em̄ dr̄ al-
leluia. ꝯfitemini ꝛ tractus. laudate dn̄m
oēs gentes. in octaua v̄o dr̄ duplex all'a
qđ ideo fit. qꝛ p̄ma vita nostra q̄ fuit an̄
peccatū beata fuit ꝫ non sempiterna. ꝫ
vita q̄ erit in septima quietis erit btā et
sempiterna. Quia ḡ p̄ma vita fuit btā.
Idcirco cantat̄ p̄mo all'a. qđ est vox an
gelica in lingua hebraica. qꝛ dignior est
sed quia non fuit sempiterna, ideo hu-
milior lingua latina cantat̄ tractus lau
date. Quia vero vita que erit in septi-
ma etate erit beata ꝛ sempiterna. ideo ī
sabbato in albis qui est dies septimus
duplex alleluia cantatur propter dupli
cem stolam vt ibi dicet̄. Nam vita illa q̄
in septima quieties dabitur. non tollet̄
in octaua etate. que per octauū officiuꝫ
intelligit̄. sed potius consummabitur.

Circa cantica leticie notandum est. ꝙ
quatuor sunt status ecclesie. Prim⁹ est
culpe. scđs culpe ꝛ pene. tertius pene ꝛ
gratie. quartus gr̄e ꝛ glorie. Primū re-
p̄sentat eccl'ia in septuagesima. ideoqꝫ
subticet. te deū laudamus ꝛ all'a. qꝛ non
est speciosa laus in ore peccatoris. ꝛ glo
ria ī excelsis deo. qꝛ positus est int̄ deū
ꝛ hoīes paries inimicitiaruꝫ. Scđm re
p̄sentat in aduētu. ideoqꝫ supra dicta cā
tica subticent̄ p̄ter all'a. qꝛ lex data deuꝫ
intelligere docuit ꝛ laudare. Tertiū re-
p̄sentat in estiuo tp̄e. ideoqꝫ ꝓpter grati
am acceptā in festiuis ista cantant̄. sed
ꝓpter penam ista in ferialibus subticen
tur p̄ter alleluia. quod etiā quotidie fre
quentat̄. quia spes de resurrectione fu-
tura non infirmatur. Quartum repre-
sentat inter octauas pasce ꝛ pentheco-
ste. ideoqꝫ supradicta cantica leticie fre
quentant̄ ꝛ multiplicantur. quia tamen
nondum habemus gloriam quam ex-
pectamus. ideoqꝫ te deum laudamus ꝛ
gloria in excelsis deo. in ferialibus sbti-
cemus. ꝛ in dominicis in quibus quasi
duplicem resurrectioneꝫ representam⁹
ꝛ etiam in festis sanctorū in missa duo
alleluia cantamus sed in ferialib⁹ vnuꝫ
vt iam dicetur. Nec te moueat ꝙ non
rectum sed preposterum ordinem eccle
sia representat. eo ꝙ erunt nouissimi p̄-
mi et primi nouissimi. Sic ergo varie-
tas dierum et statuum humanorum
varietatem inducit officiorum.

Queurendū tamen est quare diuina

officia ita distinguunt. vt alia celebrent
cū solo responsorio. alia cū solo allꝉa. et
hoc quādoqꝫ cū simplici allꝉa. quādoqꝫ
cū duplici allꝉa. alia simul cū responso-
rio ⁊ allꝉa. ⁊ alia cū responsorio ⁊ tractu
et alia cū allꝉa ⁊ tractu. Dici potest ꝙ di
es ieiunioꝝ q̇bus rñsoriū sine allꝉa cani
tur. recolūt actus eorū q̄ p̄sbiteris ꝯ̄uia
cōfitentur. vt ab illis ꝯsiliū accipiāt pe-
nitēdi. Ipi ergo dies agunt cū solo re-
spōsorio. ꝑ qꝺ vita actiua intelligitur. q̄
in labore ducit sine allꝉa qꝺ est canticū
leticie. qꝛ ecclꝉia dolet ꝓ talibꝰ tanq̄ꝫ ꝓ
mēbris vulneratis ⁊ nondū sanatis. Ex
eo em̄ ꝙ allꝉa dimittit rubor ecclꝉie mon
stratur quē habet de suis vulneribꝰ nō
dum sanatis. Preterea ideo tūc nō di-
citur allꝉa. qꝛ non est pulcra laus in ore
peccatoris. In diebus ꝟo ꝓfestis q̄ sūt
ab octaua pasce vsqꝫ ad octauā penthe
costes simplex allꝉa sine rñsorio canitur
Primo qꝛ dies illi vitā cōtemplatiuā
significāt. que erit post resurrectionem
in qua rñsio nō erit. qꝛ penitētie actus
ibi sup̱fluus erit. sed tantū allꝉa canetur
de ꝑcepta imortalitate. Secūdo qꝛ tūc
ꝓ illis canimꝰ. q̄ iam sunt in patria ad
q̇s iam nō ꝑtinet actio laboriosa quā
rñsoriū notat. ſꝫ sunt in dei cōtemplati-
one ⁊ exultatione que intelligit ꝑ allꝉa.
Tercio qꝛ an̄ resurrectionē corpoꝝ no-
strorū aīa sine corpe deum laudabit.
Quarto qꝛ sancti ante diē generalis re
surrectiōis simplicē tantū recipiūt sto-
lam. s. anie. Rursū in p̱uatis ferijs glo
ria in excelsis deo ⁊c. ⁊ duplex allꝉa non
dicitur. qꝛ nondū habemꝰ ꝑfectā iustici
am nec glꝉiam quā expectamꝰ Sꝫ quia
ecclꝉia iā p̄mā habet resurrectionē. ido
alio tꝑe sꝑ allꝉa canit. p̄terqꝫ in septuage
sima. vt dictū ē in ꝓhemio huiꝰ ꝑtis sb
titu. ꝺ tꝑe aduētꝰ. In octauis ꝟo pasce
⁊ in sabbato in albis duplex allꝉa dr. q̇a
tūc tp̄s resurrectiōis repñtamꝰ. ⁊ i reqe
q̄ erit in resurrectiōe duplicē stolā. s. aīe
et corpis ꝑcipiemus. qꝛ erimus vtroqꝫ
hoīe. i. in aīa ⁊ in corpe glꝉiosi. Erimꝰ em̄
incorruptiōis glꝉia vestiti. In dñicis q̇ꝫ
q̄ sunt ab octaua pasce vsqꝫ ad octauā
penthecostes duplex allꝉa dicit. tū qꝛ in
resurrectiōe quā ipi dies significāt cor-
pus simul cū aīa laudabit deū. tum q̇a
duo sunt vñ letari debet aīa in die sem-
piterna. vnū de ꝑcepta leticia. aliud de
ꝑcipiēda in resurrectiōe. tū qꝛ resurre-
ctio dñi q̄ facta est in die dñica ē causa
nostre resurrectiōis future. ⁊ ideo in oī
bus dñicis quasi octauā dñice resurre-
ctionis repñtamꝰ. In ferialibꝰ vnū. q̇-
niā ante resurrectionē aīa vna dūtaxat
fruit beatitudine. Rursus ido vsqꝫ ad oc
tauā penthecostes duplex allꝉa dr. qꝛ in
octaua etate in q̄ erit corpoꝝ resurrectō
erimꝰ vtroqꝫ hoīe glꝉiosi. In oibus q̇qꝫ
festiuitatibꝰ illo tꝑe occurrētibꝰ duplex
allꝉa dr. Et hoc p̄mo ꝓpter requiē ⁊ frui
tionē. Scꝺo qꝛ illi iā de duobꝰ gaudēt
scꝫ de eterna q̇ete. et de diuina visione.
Tercio qꝛ cū iā habeāt glꝉiam aīe securi
sunt de glꝉia corpis. Sex ꝟo dies pasca
les. videlicet inter sabbatū sanctū ⁊ sab
batū in albis. ⁊ dñici dies atqꝫ festiui q̇s
celebramꝰ ab octauis pēthecostes vsqꝫ
in septuagesimā. in q̇bus rñsoriū ⁊ allꝉa
canit. recolūt actus eoꝝ q̄ elemosynas
largiēdo infirmos visitādo ⁊ solū q̄ bo
na sunt oꝑando. ꝑseuerantiā habendo
in sanctitate. quā in baptismo receperūt
sine dubio ad cōtemplationē dei ꝑue-
niunt Inde est ꝙ post respōsoriū qꝺ vi
tam actiuā significat. sequit allꝉa qꝺ sig
nificat ꝯtemplatiuā. sed tūc vnū tantū
siue simplex allꝉa dicit. ꝓpter causas su
pradictas. Prius aūt dicit rñsorium ⁊
postea sequit allꝉa ꝓut supradictum est
Dominici aūt dies ⁊ festiui a septugesi
ma vsqꝫ in pasca. quorū respōsorijs nō
allꝉa sed tractus subdit. recolunt eos q̄
sunt in bonis operibus. sed vidētes la-
borem vie timent casum nam tempta

rĳsōibus tunduntur sine quibus hec vi
ta nō ducit. Inter rñsoriū em̄ ⁊ all'a tra
ctus est medi⁹. q̄ neq3 in tāta leticia ē si
cut alleluia. neq3 in tanto ope vt rñsori
um. In sabbato vo sancto gaudētes ꝓ
neophicis nr̄is. q2 ab om̄i pctō liberati
sunt. canim⁹ alleluia. Sʒ q2 eos trahēdos
varĳs videm⁹ laboribus tractū adĳci-
mus. p quē labores intelligunt. de q̄ di
ctū est sub ti. de septuagesima ⁊ in phe
mio hui⁹ ptis. Quō officia istoꝝ septē
dieꝝ ⁊ oficia dn̄icaꝝ q̄ sunt inter pasca
⁊ pēthecosten adaptent septē donis spi
ritussancti sub vigilia ascensionis. ⁊ sb
sabbato in albis dicet. Circa euange
lia q̄ hoc tpe legunt sciendū est q̄ oīa
ptinent ad resurrectionē ⁊ iuxta ordinē
scriptoꝝ ponunt. Mathe⁹ em̄ pmo scri
psit. scdo Marc⁹. tercio Lucas. vltimo
Johānes. vn̄ pmo ponit euāgeliū ma-
thei i vigilia pasce. In ipo vo die pasce
euangeliū marci. In scda ⁊ tercia feria
euāgeliū luce. In q̄rta ⁊ q̄nta feria ⁊ in
sabbato euāgeliū io. In sexta feria int
ponit euāgeliū math. Sane in euange
lĳs vigilie ⁊ die tm̄ agit de annūciatiōe
resurrectōis facta p angelū. In alĳs de
visione. Cōueniebat em̄ vt prius annū
ciaret dn̄i resurrectio. ⁊ postea ad maio
rē fidē faciendā corpaliter ipse ab oībus
videret. Tria vo iohis euāgelia oīno p
postere posite sunt. pmū nanq3 fuit qd
legit in sabbato. postea qd legit in qui
ta feria. et i aliquāto tpe post qd in q̄rta
feria legit. Nā Maria magdalena cuʒ
venisset ad monumentū ⁊ nō inuenisset
corpus dn̄i. sublatū credidit ⁊ cucurrit
⁊ nūciauit petro ⁊ iohanne. q̄ cucurrert
ad monumentū. ⁊ iohānes pcucurrit.
sʒ non statim intrauit. sʒ petrus tandeʒ
veniens introiuit. ⁊ postea iohānes in-
trauit. ⁊ cuʒ nō inuenissent redierūt ad
ꝓpria. Hoc legit in sabbato. Illis rede
untibus Maria remansit ad monumē
tū. ⁊ inclinās se in monumētum. vidit
vnū angelū sedētē ad caput aliū ad pe
des. q̄ dixerunt. Mulier: quid ploras.
Que dixit. q2 tulerūt dn̄m meum: ⁊ ne
scio vbi posuerūt eū. Et tūc cōuersa re-
trorsum vidit Jesuʒ. q̄ dixit ei. Mulier
q̄d ploras. quē q̄ris. Et illa respiciēs et
osculanū eū eē credēs: dixit. Dn̄e: si tu
sustulisti eū: dicito mihi. ⁊ ego eū tollā.
Hoc legit in quīta feria. Aliquāto tpe
post Petrus iuit piscatū cū sex alĳs ad
mare tyberiadis. vbi dn̄s apparuit eis
in littore. Et h legit in q̄ta feria. Sʒ q̄re
hec oia. Solutio. In q̄rta feria feria cā
tat h qd cātabit sctis in die iudicĳ. Ve
nite bn̄dicti pr̄is mei ⁊c̄. Et in illo euan
gelio qd eadē die legit dr̄ q̄ dn̄s appuit
discipulis i littore maris. Et h bn̄ cōue
nit. nā p littus maris. vt dic beat⁹ Gre.
sup illū locū. finis intelligit mūdi. in q̄
dn̄s apparebit suis gloriosus. ⁊ tūc Pe
trus trahet ad litt⁹ rette plenū magnis
piscibus cētū q̄draginta tribus. nec tn̄
scindet rette. Per petrū intelligit ordo
sctōꝝ platoꝝ q̄ de fluctu hui⁹ scli ad lit
t⁹ stabilitatis eterne ducēt eos q̄ p ipos
cōuersi sunt. Sʒ h attribuit soli petro ꝓpt
eccle vnitatē. Sʒ quare legit in sabbato
in albis euangeliū qd tūc legit. Rn̄deo
q̄ officiū hui⁹ sabbati cū officio pcedē-
tis sabbati sancti in multis cōuenit. nā
in pcedēti sabbato duplex laus cantat
sic et in h. et etiā lectio lectōi ꝯuenit. q2
in lectiōe pcedētis sabbati dr̄. q̄ sursum
sunt sapite: nō q̄ sup terrā. et in lectōe se
quētis dr̄. deponētes oēm dolū ⁊c̄. ⁊ ipi
tāq3 lapides viui supedificamini ⁊c̄. Et
nihil aliud est q̄ q̄ sursum sunt sapere.
Conueniebat igit vt euangeliū euāge-
lio correspōderet. qd fit in eoꝝ pncipĳs
nā in euāgelio pcedētis sabbati dr̄. Ve
spere aūt sabbati q̄ lucescit i prima sab
bati. id est in diluculo venit maria mag
dalena. Et in euangelio sequētis dicit.
Vna sabbati maria magdalena venit
ad monumētū cum adhuc tenebre es-

ſent. qđ idem eſt. In hoc tñ videt̃ diffe-
rentia. q̃ꝛ dĩ ibi ꝙ venit maria magdale
na et altera maria. hic nõ fit mentio. ni
ſi de maria magdalena. Sed vt ait au-
gu. in li. de concoꝛ. euangł. ideo Johẽs
ſolaꝫ mariã magdalenã nominat. quia
fuit ceteris feruentioꝛ. nec tñ iđ ceteras
excludit. Euangeliũ vo Math. legitur
in ſexta feria. q̃ꝛ dñs ꝑ paſſionẽ meruit
ſibi dari poteſtatẽ in celo et in terra. vł
potius datã notificari. ꝛ q̃ꝛ dñs in ſexta
feria paſſus eſt. idcirco legit̃ euãgeliuꝫ
math. in ſexta feria. in q̃ dñs ait diſcipu
lis. Data eſt mihi oĩs poteſtas ĩ celo et
in terra. vñ apł'us. Chꝛiſtus fact⁹ eſt pꝛo
nobis obediẽs pr̃i vſqꝫ ad mortẽ mortẽ
aũt cru. ꝓpter qđ ꝛ de. ꝛc̃. Vbi ḡ pone-
ret̃ euangeliũ in quo agit̃ a iohẽ de pꝛi
ma viſione dñi q̃ facta fuit marie mag-
dalene niſi in q̇nta feria. In p̄ma ei die
nõ poterat poni p̄dictis de cauſis. nec ĩ
ſecũda nec in tercia nec in q̃rta nec ĩ ſe-
xta nec ĩ ſabbato. vñ reſtat ꝙ in q̇nta fe-
ria neceſſario poni debuerit. Aiũt q̇-
dam ꝙ licꝫ in ſcđa feria legat̃ euãgeliũ
de apparitõe dñi facta diſcipulis eunti
bus ĩ emaus. nõ tñ illa facta fuit ea die
ꝫ in p̄cedẽti. Decẽ etem̃ appꝛitiões poſt
xp̄i reſurrectõeꝫ in euangelijs inueniũ
tur ad fidẽ nr̃am cõfirmandã. q̇nqꝫ in p̄
maꝫ die. et q̇nqꝫ poſtea. Sꝫ in apoſtolo
dĩ. ꝙ in die reſurrectõnis apparuit iaco
bo. et q̇ngentis ſimul fratrib⁹. Et ſic̃ q̇-
dam dicũt in ip̃a etiã die p̄mo apparu
it mr̃i. vt dictũ eſt ĩ quarta p̄te ſub ti. de
acceſſu pontificis ad altare. ꝛ iacobo. q̇
votũ vouerat nõ comedere. ꝫ et ioſeph
etiã apparuit q̇ ꝓ eo tenebat̃ in carcere
Verũ q̃ꝛ de viſione angeloꝝ ꝛ Maria
magdalena euãgeliſte diſcoꝛdare vidẽ
tur. ideo aliq̃ ſuꝑ hoc p̄ter ꝓpoſitũ dica
mus. Nã Matheus dicit ꝙ mulieres
viderunt angelum ſedentẽ ſuꝑ lapideꝫ
qui tñ erat extra monumentũ. Marc⁹
dicit ꝙ introeuntes ipſe in monumẽtũ
viderunt eũm ſedẽtẽ in dextris. Johẽs
dicit ꝙ Maria magdalena vidit duos
angelos vnũ ad caput aliũ ad pedes ſe
dentes. Lucas dicit ꝙ duo angeli ſtan-
tes dixerũt Marie magdalene et alijs.
cur q̃ritis viuenteꝫ ꝛc̃. Itẽ Johẽs dicit
ſolã vnã veniſſe. ſ. mariã magdalenam.
Mathe⁹ duas. ſ. eã ꝛ aliã. Marc⁹ tres.
ſcꝫ eã. ꝛ mariã matrẽ iacobi minoꝛis. et
mariã filiã ſalome. q̃ fuit mater filioꝛuꝫ
zebedei. ſ. iacobi maioꝛis ꝛ iohãnis euã
geliſte. ſm Chꝛiſ. tñ ſalome filia fuit.
Lucas plures dicit. Dicit em̃. Erat aũt
Maria magdalena ꝛ iohãna et maria
iacobi: minoꝛis ſubaudi mr̃. ꝛ cetere q̃
cũ ip̃is erant. Et alie venert̃ q̃s nõ enu
merant euangeliſte. Eccia tñ tres mari
as repñtat. Rurſus mat. dic̃. ꝙ mł'ieres
certificate ꝑ ãgelũ. inter q̃s erat p̄cipue
maria magdalena. denũciauerũt apł'is
dñm reſurrexiſſe. ꝛ Johẽs dic̃ ꝙ maria
magdalena nunciauit petro ꝛ iohanni
eũ ſublatũ fuiſſe. Vera quidẽ ſunt oĩa
que dicũt euãgeliſte in his. ꝛ nõ ſũt ad
uerſa. ꝫ qđ vn⁹ minus dicit. ali⁹ ſupplet
Vex eſt em̃ ſic̃ narrat math. ꝙ p̄mo vi
derũt angelũ ſedentẽ ſuꝑ lapidẽ quem
reuoluerat ab oſtio monumẽti. q̇ et di-
xit eis eũ reſurrexiſſe. ꝛ adiecit. Venite
et videre locũ vbi poſuerũt eũ. Et tunc
ip̃e ſurgens p̄ceſſit eas in monumẽtuꝫ.
ꝛ ſedit in dextris. ſic̃ narrat Marcus.
Poſt maria magdalena vidit vnuꝫ ad
caput et aliũ ad pedes ſedentes. ſic̃ dic̃
Johannes. q̇ dixerũt ei. Mulier: quid
ploꝛas. ꝛ nunciauerunt eũ reſurrexiſſe.
Et tunc ſurrexerũt ip̃i vt appareret eĩ
ſtantes. ſic̃ dicit Lucas. vt in hoc ꝙ ſur-
rexerunt dñm ſurrexiſſe oſtenderent. ꝛ
cũ ſtarent dixerũt ei ꝛ alijs. Cur q̃ritis
viuentẽ cũ moꝛtuis. i. eũ q̇ ſurrexit cur
q̃ritis in ſepulcro. qđ eſt locus moꝛtuo
rum. Ambꝛo. dicit duas fuiſſe marias
magdalenas. vna q̃ ſm math. ſciuit dñꝫ
ſurrexiſſe. alia q̃ ſm Jo. neſciuit ꝫ coꝛp⁹

sublatū credidit. Aug. vo ǒ ɔcoꝛ. euāg.
sic soluit. Dicit ei ꝙ cū maria magdale
na cum alijs veniret dicendo. Quis re
uoluet nobis lapidem ab ostio monu-
menti. cū adhuc aliq̄ꝫtulū longe esset vi
dit lapidē reuolutum. ⁊ statim cucurrit
ad Petrum et Johannem. ⁊ significa-
uit eis corpus dñi fuisse sublatum. qui
venientes inuenerūt monumentū va-
cuū: ⁊ credentes ꝙ fuisset sublatū. redi-
erunt. Maria autē iterū adiunxit se ali
js. et ꝓpius accedens cum eis vidit an-
gelū sedentem sup lapidem. sicut dicit
Mathe⁹. et cetera sicut superius dicta
sunt. Zacharias q̄ ɔposuit vnū euāgeli
um ex quattuoꝛ aliter soluit. Dicit em̄
ꝙ maria magdalena et alie venerūt ad
monumentū et viderunt angelū sedē-
tem sup lapidem. sicut dicit matheus.
⁊ post in monumento. sicut dic̄ marc⁹.
⁊ inde duos stantes vnū ad caput ⁊ ali
um ad pedes. sicut dicit Lucas. s. illum
prioꝛem cū alio. vel eo disparente alios
duos. qui dixerunt. Cur queritis viuē-
tem cum mortuis. ⁊ significauerunt eū
resurrexisse. Alie crediderūt verbis eo
rum. Maria remansit incredula. Vnd
alie nunciauerunt discipulis dominuz
resurrexisse. illa nunciauit Petro ⁊ Jo
hāni eū sublatū fuisse. q̄ post aduentuz
⁊ recessum eoꝝ sola remansit ad monu
mentū. que inclinans se in monumen-
tum vidit duos angelos sedentes vnū
ad caput ⁊ aliū ad pedes. sicut dicit Jo
hānes. q̄ dixerūt ei. Mulier: q̄d ploꝛas
Et illa rn̄dit. qꝛ tulerunt dominū meū.
⁊ nescio vbi posuerunt eum. Et cōuer-
sa vidit dn̄m. Qui dixit ei. Mulier: q̄d
ploꝛas. quem queris. Et illa putās euz
oꝛtulanū esse. dixit. Dn̄e si tu sustulisti
euz dicito mihi: et ego eum tollam. Et
tunc dn̄s eam ex nomine nominauit. ⁊
ipsa tunc eum cognouit. ⁊ post plures
locutiones angeloꝛū tunc primo credi
dit, ⁊ voluit procidere ad pedes dn̄i, et
dn̄s dixit ei. Noli me tangere. nōdum
em̄ ascendi ad patrē meū. subintelligit
in coꝛde tuo. q. d. Quē queris tāq̄ꝫ moꝛ
tuū. non credis pr̄i esse equalem. Et ad
iecit dn̄s. Vade et dic fratribus meis.
Ascēdo ad patrē meū et patrē vestrum
⁊c̄. i. in ꝓximo est vt ascendā. Et ipa ce-
pit ire iā certificata. ⁊ inuentis alijs mu
lieribus: iuit pariter cū eis hoc nūciare
apostolis. Et in illa via apparuit eis do
minus dicens. Auete. Que accesserūt
⁊ tenuerūt pedes eius. Predictū autē
modū loquendi. in quo quasi generali
ter dictū est ꝙ mulieres iuerūt nuncia-
re dominū resurrexisse. cum tn̄ maria q̄
erat vna ex illis. tunc incredula fuit se-
pe in scripturis inuenimus. sicut ⁊ dn̄s
dicit discipulis. Et me scitis et viā meā
scitis. Cum tn̄ quidā essent inter eos q̄
hoc nescirent. vn̄ dn̄s ait. Tanto tp̄e vo
biscum sum et non cognouistis me ⁊c̄.
Sed illud primo dictū est scientibus.
istud ignoꝛantibus. Ita etiaz dr̄ ꝙ dn̄s
in ascensione apparuit discipulis. ⁊ ex
probrauit incredulitatem ⁊ duriciā coꝛ
dis coꝝ. quia his qui viderāt eū resurre
xisse non crediderūt. cū tn̄ aliqui inter
eos fuerint qui iam crediderant. sicut
Petrus ⁊ alij plures. Sed illud p̄mo
dictum est de incredulis. Hec opinio vi
detur probabilioꝛ q̄ꝫ secunda. Et quod
dixit Ambro. nō est credēdū ꝙ dixerit
asserendo ꝫ alioꝛū opiniōes referendo.
licet ipse eam argumentis ꝓbare vide-
atur. q̄bus iuxta predictam opinionez
leuiter rn̄detur. ⁊ fere totum q̄ꝺ ipse in-
ducit ꝑ interemptionē soluitur. Verbi
gratia. ꝙ ipse dicit ꝙ vna maria fuit ſm
Matheū que sciuit dn̄m resurrexisse.
hoc est falsum. quia alijs credentibus
verbis angeli. ipsa remansit incredula.
Augustinus vero non sic fuisse dicit.
vt narrat. ꝫ narrat ita potuisse fuisse. vn̄
ꝓbabilioꝛi sentētie non p̄iudicat.

De secunda feria post pasca.

QUia per gloriaz
resurrectionis impleuit dñs q̄
promisit in veteri testamēto.
vt vicz introduceret nos in terrā fluen
tem lac et mel. Ideo dicit eccia in introi
tu hui⁹ secunde ferie. Introduxit nos
dñs in terrā fluentē lac ꝛ mel. Exo. xiij.
q꞉ xp̄s iā introductus ē. ꝛ eccia trium-
phans in re. eccia vo militās i spe. Ep̄la
sumit de actibus apl'orū. x. c. Stans pe-
trus in medio ꝛc. Et intendit ꝓbare pas
sionē christi ꝛ resurrectiōz. vñ dicit. Huic
oms ꝓphete testimoniū ꝑhibent. Euā-
geliū. Duo ex discipulis. Lu. xxiiij. ca.
cōcordat ep̄le de apparitōe dñi discipu
lis euntibus in emaus. ibi eñi hr̄ q꞉ cog̃
uerunt eū in fractione panis. q̄d est fra
ctio panis nisi expositio scripture. Ibi
eñi cognoscit dñs. Rñsoriū vo ꝯcordat
cū introitu. Dicat nūc israel. All'a. Nō-
ne cor nostrū ardēs erat ꝛc. est de scriptu
rarū expositione. In alijs eccijs dr̄ Al-
leluia. Angelus dñi. Math. vlti. ca. Of
fertoriū Angelus dñi ꝛc. est de testimo-
nio apl'orū. Postcōio. Surrexit dñs ꝛc.
Lu. vlti. ca. est de apparitōe que facta ē
Petro. Multiplicat igit apparitōnes
vt dictum est ad confirmandam fidem
Sane ex hodierno euangelio sumit al
leluia. Nonne. Et offerenda. Angelus
dñi. ex eo q꞉ ibi dr̄ mulieres visiones an
gelorum vidisse. qui dicunt eum viuere
Similiter et cōmunio. Surrexit dñs.
ex eo q꞉ ibi dicitur. Surrexit dñs vere ꝛ
apparuit simoni. Ad pietatem ergo ꝑti
net hoc officiū. in quo cōtinet rememo
ratio scripturarū. et per pietatez accedit
ad mansuetudinē. Mansuetis autē ter
ra ꝓmitit illa de qua dr̄. Beati mites:
qm̄ ipsi possidebūt terrā. s. fluentē lac et
mel. vñ in introitu. Introduxit nos do
minus in terrā fluentē lacte et mel. Et
sunt hec verba moysi populū post esuz
agni de egypto ducentis. Introduxit
inq꞉ spe. ꝫ in illaz postea introducet re.
quā caleph dedit axe fille sue irrigataz
irriguo supiori et inferiori. Irriguū in-
ferius timor est. superi⁹ amor. Caleph
etem q̄ quasi cor interp̄tatur. dat aie de
uotionē cū timore pariter ꝛ amore. In
hac secūda feria fit in vrbe statio apud
sanctū Petrū. ꝓpter h̄ qd̄ in euangelio
hr̄. Et apparuit symoni. Et q꞉ ibidē dr̄.
Nonne cor nostrū ardens erat in nobis
q꞉ ipse p̄ ceteris mag' arsit dñm dilige
do. Hac die pisces viuos inspicim⁹ re-
colentes cū gaudio q꞉ dñs ad ꝓbatiōez
resurrectōnis partē piscis assi comedit
Et in tercia feria ad fontes imus vt ibi
dicetur. et mulieres vberant viros. Eti
am in his tribus diebus feriandū est ꝓ
vt sub pasca dictū est.

De tercia feria post pasca.

TErtia tercia feria ostē
ditur ꝑ q̄d habeatur hereditas
celestis patrie. Dñso eñi in se-
cūda feria q꞉ in terrā fluentē lac ꝛ mel iā
introduxit nos de⁹ in spe ꝛ postea intro
ducet in re. ostēdit ꝑ q̄d habeat. q꞉ ꝑ diui
nā scientiā siue cognitionē dñi nr̄i. Vñ
hec tota feria est de cognitōe siue sapiē
tia dei. et inde introitus est. Aqua sapiē
tie ꝛc. Ecci. xv. ca. et est septimi toni. q꞉
in septem donis spūssancti est ista sapiē
tia. In epistola. Surgens Paul⁹. Act.
xiij. ca. ostēditur christi passio ꝛ resurre-
ctio. per quā hec sapien tia habet. Qui
eñi verā fidē hz de his hz saporem dei.
Hec aūt cognitio ē dies quā fecit dñs.
De graduali ergo patet. Et nota q꞉ cuz
oēs graduales vsus hui⁹ hebdomade
sumant de ps̄. cxvij. s. Confitemini. qui
est non⁹ post Dixit dñs. hodiernus su
mitur de ps̄. cvj. s. Confitemini. q̄ est de
cimus i matutinali cātate. eo q꞉ iste ps̄
exhortat fideles ad laudē dei. q̄ ꝑ sapiē
tiā suā redemit et liberauit eos a q̄drū-
plici tēptatōe. q꞉ liberauit eos de neces

sitatibus eorũ.i.ab infidelitate. et q2 li-
berauit eos de necessitatibus eoruz.i.a
praua consuetudine. et liberauit eos a
tedio bone actionis.⁊ eduxit eos a ver
sutijs heretice impugnatiõis. Alleluia
ē Surrexit dñs ⁊ apparuit mulieribus
Uel ꝑm alias eccias. Oportuit christũ
pati.qđ sumitur de euangelio. In alijs
etiã dr̄. Surrexit dñs ve.Lu.vlti.c. In
euãgelio vero Stetit iesus ⁊c̄ Lu.xxiiij
oñdit dñs et probat resurrectionē suam
discipulis suis per quatuor. Primo ꝑ
ↄsuetum modũ loquēdi cuz dixit. pax
vobis.Loquebatur ei eis sepe de pace.
⁊ amator pacis erat.vñ et ip̄e dñs inq̄t.
In me pacē habebitis.in mundo autē
pressurã. Pacem relinquo vobis.pacez
meam do vobis.Secũdo ꝑ hoc ꝙ ostē-
dit se palpabilem. Tercio q2 cũ eis co-
dit. Quarto q2 eis apuit sensum scp̃tu
rarꝫ.Et q2 hanc sapientiã dñi dedit ꝑ se
⁊ ꝑ apostolos.ideo dr̄ in offertorio. In
tonuit de celo dñs.i.de apostol'. vt om-
nes crederent in illum. Hec eñ inquit
Johãnes scripta sunt vt credatis. ⁊ cre
dentes vitam eternã habeatis. In post
cõmuniõe q̄ est ad Col'.iij.c.inuitamur
ad hanc sapientiã. Si cõsurrexistis cuz
xp̄o que sursum sunt sapite. ecce de sa-
pientia.Et q2 de sapientia habet̄ in hac
secunda feria. ideo fit statio ad sanctuz
Paulũ.q̄ fuit sapiētior oibus apostol'.
seu cui dñs singulariter apuit intelligē
tiam scripturarꝫ.de q̄bus legit̄ in euan
gelio ⁊ in itroitu.vñ ip̄e dicit.Nõ a me
nec ab hoie accepi euangeliũ meũ. ꝫ ꝑ
reuelationē dñi mei iesu xp̄i. Uel q2 ꝑ
eum maxime adimpletũ est qđ in euã-
gelio legit̄.s.oportuit ꝓdicari penitētiã
in oẽs gentes.ideoꝙ ⁊ eius ꝓdicatio le
gitur in hodierna lectione actuũ ap'lo-
rum. Hac die viri verberãt mulieres ꝓ
ut sub pasca dictum est. Hac etiam die
ad fontes imus.pro eo ꝙ hodi in intro
itu viri beati aq̄ sapiētie potati referun
tur.Et in offertorio fontes aquaruz ap
paruisse memorantur.

De quarta feria.

Ostenso in tercia feria de celesti p̄ria ⁊ ꝑ q̄d habe atur.oñso etiã in scd̄a feria ꝙ i
terrã fluētē lac et mel ⁊c̄.introducimur
Jđ nunc i hac quarta feria inuitamur
ad illã.vñ introitus est. Uenite bñdicti
patris mei ⁊c̄. Math.xxv.c. quia vero
dñs dicit. Penitentiã agite appropinq̄
bit eñ regnũ celorũ.et q2 ibi non intrãt
nisi purificati ꝑ penitentiam.ideo btũs
Petrus in ep'la. Aperiẽs. Actuũ.iij.in
uitat iudeos ad penitentiã. Jđ aũt ad
penitentiã inuitat̄ hõ. vt de filio diabo-
li fiat filius dei.et hec est mutatio dexte
re excelsi Propter qđ in r̃nsorio hr̄.De
xtera dñi fecit v̄tutē. Seq̄tur alleluia đ
resurrectiõe. Surrexit dñs ⁊c̄.⁊ in alijs
eccijs ē. Christ9 resurgẽs ⁊c̄. Semꝑ eñ
in his diebus aliq̄ de resurrectõe dicũt̄
In alijs etiã dr̄ Cũ sederit. Mat.xxv.c.
Quia v̄o hec mutatio fit etiã qñ hoies
fiũt filij dei ꝓpter ꝓdicationē.iđ in euã-
gelio manifestauit se iesus. Jo. xxj. ca.
dicit dñs. Mittite in dexterã nauigij re
the. Hoc facit q̄ tm̄ ꝓdicat ꝓpter deuz.⁊
tũc trahunt̄ magni pisces.postea dedit
eis piscem assum. Piscis assus ē christ9
passus. Hec erit refectio in patria cum
comedem9 panē angelorꝫ.de q̄ in offer-
torio. Portas celi ⁊c̄. Postcõmunio ē
Xp̄s resurgens. Ro.vj.Et q2 btũs Lau
rentius fuit vnus de magnis piscibus ⁊
fuit assatus pro christo. Ideo fit statio
ad beatum Laurentiũ.

De quinta feria.

Quinta feria ē de conuersione gentiũ ꝓpter pas-
sionē ⁊ resurrectionē.vñ intro
itus ē. Uictricē manũ tuã laudauerũt
parit̄ xp̄iani q2 sapiētia ●ꝑuit os muto

Dñi Jsa.xxxv.c. Tūc claudus saliet sicut
ceruus. ꝛ apient lingue mutoꝝ. Qđ fa
ctū est qñ xp̄s demones eijciebat. ꝛ faci
ebat hoies mutos loqui. vñ in euāgelio
Erat iesus eijciēs demoniū ꝛ illud erat
mutū. In ep̄la vero. Angel⁹ dñi. Act.
viij. significat̄ cōuersio ista gētiū. vñ di
tibi de eunucho q̄ cōuersus est a philip
po: q̄ interp̄tat̄ os lāpadis siue os illu
minans. q̄ꝛ qñq̄ per scripturarū inspe
ctionē vel p̄dicationem cōuertit̄ hō. vt
gentilis qui significāt̄ per eunuchum.
qñq̄ vō per inspiratōez cōuertit̄ ad do
minū vt hr̄ in euāgelio. q̄ꝛ apparuit ma
rie magdalene. q̄ꝛ vō p̄ conuersionē gē
tiū factus est xp̄s lapis angularis. Jō
in vsu rñsorij hr̄. Lapidē quē reproba
uerunt edificātes ⁊c. Et q̄ꝛ vā cōuersio
fit p̄ penitentiā iō seq̄tur alleluia Mat.
xxvj. In die resurrectiōis mee dicit do
min⁹. p̄cedā vos in galyleā. i. in trāsmi
grationē de vicijs ad v̄tutes. Euāgeliū
Maria stabat. Jo.xx.c. est de appariti
one dñi marie magdalene i specie ortu
lani siue p̄egrini. q̄ꝛ peregrinus ē de ho
mini q̄̄diu est i pctō. In offertorio. In
die solēnitatis. Exo.iiij. ꝛ.xiij.ca. simil̄r
p̄mittit̄ ꝯuertētibus vā beatitudo. In
postcōione vero. Pp̄ls ⁊c. j. Regū. ij.c.
ad laudandū inuitamur. Et fit statō ad
sctōs apostolos. q̄ꝛ i philippo q̄ interp̄
tat̄ os lampadis. intelligūt̄ oēs aposto
li. p̄ q̄ꝝ p̄dicationē cōuersio gentium fa
cta est. Item q̄ꝛ fratres dñi. de q̄bus in
euāgelio legit̄. sunt apostoli. p̄ quos os
muti aptum est. et diserti lingue infanti
um. ideo statio fit ibi.

De sexta feria.

Sexta feria est de institutiōe baptismi. vñ introi
t⁹ ē. Eduxit eos dñs. s. de egy
pto. i. de tenebr̄ peccati. et inimicos eo
rū operuit mare. i. baptismus. ꝛ subijci
tur ib ter alleluia. p̄pter liberatōem ab
hostibus et bonū gr̄e. Postmodū seq̄t̄
ep̄la. Xp̄s semel. j. Petri. iij.c. In q̄ be.
Petrus agit de baptismo ꝛ de arca noe
Sicut eñ in diluuio p̄ arcā salue facte
sunt aīe. lꝫ pauce. s. octo. sil̄r et in bapti
smo. q̄ꝛ sicut in aquis diluuij. q̄ inūda
uerunt totū mūdū. mūdus a pctīs pur
gatus est. et p̄ arcā aīe salue facte sunt.
ita et in aquis baptismi. in quo oīa pec
cata mundata sunt. p̄ ecciam saluati su
mus. Seq̄tur graduale. Hec dies quā
fecit domin⁹. Versus. Bñdict⁹ q̄ venit
in noie dñi. Est eñ homo q̄ ꝯsecrat ba
ptisma. ſꝫ deus ē qui inuisibiliter bapti
zat. vñ seq̄tur. Deus dñs et illuxit nob.
scꝫ p̄ illuminationē baptismi ꝛ p̄ illumi
nationē legis dñi. Alleluia ē Angelus
dñi. cū duplici v̄su sic̄ in die pasce. In
q̄busdā eccijs. q̄ꝛ in hac die agit̄ de insti
tutiōe baptismi vnus v̄sus ē p̄pter xp̄i
resurrectionē in corpe. alius p̄pter stolā
aīe quā in baptismo suscipiūt baptizati
Euangeliū vō est de istitutiōe baptismi
ſm Mat. vlt.c. Vndecim discipuli abi
erūt in montē quē cōstituit illis iesus.
ꝛ sequit̄ ibi. Euntes docete oēs gentes
baptizantes eos i noie p̄ris ⁊c. Et q̄ꝛ in
memoria debem⁹ hr̄e istum diē p̄pter i
stitutionē baptismi. iō sequit̄ in offerto
rio. Erit nobis memorialis dies ista ⁊c.
Exo.xij. et.xiij.ca. Memorialis quidē
dꝫ esse dies in qua de vicijs ad virtutes
transimus. Hoc ei dixit moyses de die
pasce. Postcōio est. Data est mihi oīs
potestas. Math. vlti. Quia vō. b. v̄go
credit̄ interfuisse in institutōe baptismi
q̄ꝛ vt Hiero. ait. hoc apud nazareth in
domo eius actum ē. ideo hac die fit sta
tio in ecclesia eius.

De sabbato in albis.

Sequitur de sabbato in albis. in q̄ est introit⁹.
Eduxit dñs pp̄lm suū i exultatōe. ſꝫ ma
xime i extremo sabbato fieri itelligim⁹.

qñ erit verꝝ sabbatũ. Sz'ne iudei credãt
h dictũ esse de se: sequit in epl'a. j. Pe. ij
c. Fratres: deponentes oẽm maliciã ⁊
dolũ ⁊c. Seqtur duplex Alleluia sine
graduali. Primo qꝛ nunc terminat se-
ptuagesima. post quã sequit octaua re
surrectionis qñ habebitur duplex stola
aie. s. et corpis. ⁊ cessabit laboꝛ opis. de
q̊ dictũ est in ꝓhemio hui⁹ ptis. ⁊ sb ti.
de septẽ diebus post pasca. ⁊ in. iiij. pte
sub ti. de alleluia. Scdo qꝛ in die iudi-
cij duplex erit gaudiũ ꝓ dñica ⁊ nr̃a re
surrectiõe. Tercio geminat alleluia. qꝛ
tũc erit leticia sempiterna. qꝛ em̃ erit le-
ticia vnũ alleluia canit qꝛ sempiterna se
cũdũ ꝯcinit alleluia. Quarto. qꝛ in oc-
taua resurrectionis oĩs solicitudo depo
netur. qđ significat in hac octaua die in
q̃ vestis candida siue chrismale deponi
tur. iõ in albis nõ cantat graduale sz du
plex alleluia. qꝛ tũc erim⁹ in albis. Itẽ
q̃tũ ad resurrectõem dñi nõ dꝫ gradua
le cantari. necꝫ q̃tũ ad baptizatos. et iõ
cantat vnũ alleluia ꝓ baptizatis. s. lau-
date pueri dñm. et aliud de resurrectõe
dñi. s. hec dies quã fecit dñs. Preterea
iõ post alleluia hec dies. sequit allelu-
ia laudate pueri. qꝛ de leticia animarũ
transient ad gl'iã incorruptibilẽ corpo
rũ. Euãgeliũ vo. Vna sabbati. Jo. xx. c
est de duobus discipulis q̃ currebãt ad
monumẽtũ. s. petrus ⁊ iohãnes. q̃ signi
ficant duos ppl'os. cucurrit tñ citi⁹ Jo
hannes. i. iudaicus popul⁹. qꝛ habebãt
ꝓphetas. s. hieremiã. ysaiã. ⁊ alios q̃ de
passione dñi loquunt. sz Petr⁹ citi⁹ in
trauit. i. gentilis ppl's. nõ tñ intrauerũt
iudei in multitudine. q̃ ei credit. intrat.
sicut dicit augu. Et attẽde qꝛ epl'a ⁊ euã
gelium hui⁹ sabbati cõcordant cũ epl'a
⁊ euãgelio sabbati sancti ꝑut dictũ ẽ sb
ti. de septẽ diebus post pasca. In offer
torio vo de illuminatiõe p baptismum
aguntur grates. Bñdictus q̃ venit ⁊c.
Postcõio est. Dñs q̃ in xp̃o baptizati
est is: christũ induistis. Gal. iij. Die ista
fit statio ad ecciam beati Johanis in la
terano. qꝛ em̃ ibi in p̃cedẽti sabbato ba-
ptizati sunt pueri. ⁊ in octaua die in le-
ge circũcidebant. ideo recte hac die ipi
conueniunt vt hoc spũaliter agatur in
baptizatis. ⁊ hoc est qđ dr̄ in epl'a. De-
ponentes omnem maliciã ⁊ omnẽ do-
luꝫ ⁊c. Quasi modo geniti infantes. ne
per fenestras q̃ncꝫ sensuũ intret moꝛs.
Dicitur autẽ ad horas capitulũ. Xp̃us
resurgens. Ro. vj. Et illud. Expurgate
vetus ⁊c. j. ad Corin. v. ca. ⁊ illud. Chri-
stus passus est. j. Pe. ij. ca. Quia vo in
tota septuagesima q̃ vsqꝫ ad hanc diem
diem protendit penitentiã egim⁹. ideo
ecclesia hodie celebrat in albis vt magis
ac magis albi simus. sicut dñs ait i euã
gelio Math. iij. Agite penitentiam ap
propĩ. em̃ regnũ celoꝝ. Quare hoc sab
batũ dicitur in albis dictũ est sub pasca
Hac die dñs papa distribuit agnos dei
Alicubi etiam distribuitur cereus pa-
scalis. De quo dictum est sub sabbato
sancto.

De recapitulatõe dieꝝ p̃cedẽtiũ.

POtest etiam ali-
ter dici. ꝙ ideo in premissis se-
ptem diebus baptismalia cele
brantur officia. vel quia baptizati sapi
entia septiformi docentur. vel quia ipo
rum tpis vniuersitas dierũ septenario
voluitur. quibus qꝛ fides spes et chari
tas precipue sunt necessaria. ideo trib⁹
psalmis vtimur in nocturnis. Singl'oꝝ
autẽ dieꝝ officia sic possumus septem
spiritibus et beatitudinibus coaptare.
Officiũ q̃dẽ dñice resurrectõnis ptinet
ad timorẽ. q̃ timem⁹ terribilẽ snĩam iu-
dicis. Cũ ei dicet pater rex ⁊ iudex oĩm
Resurrexi et adhuc tecum sum. in sug-
gillatiõem inimicoꝝ dicentiũ. quando
morietur et peribit nomẽ eius. tũc ma-
gn⁹ erit timoꝛ et tremoꝛ. Vñ in offerto

rio. Terra tremuit ꝛc. spūs timoris vt fundamētū ponit. Sed q̄re a timore incipientes in sapia terminam⁹. cū Isa. cepit a sapia ꝛ descenderit ad timorem Rn̄deo. Isaias saluatorem descripsit q̄ carnē assumendo descēdit. Nos v̄o de terrenis ad celestia tēdere conamur. et ideo grad⁹ ascēdendo cōnūerare dēm⁹ vt a timore ad sapiam ꝑuenire possim⁹

In scd̄a feria legit euangeliū de duobus discipulis eūtibus i emaus. q̄bus dn̄s appuit ꝛ scripturas moysi. ꝛ oim ꝓphetarū aperuit. ꝛ attēde ꝙ licz hodie legat euāgeliū de apparitōe dn̄i nō tn̄ hodie. ꝫ heri apparitio facta fuit. Ad pietatē ꝑtinet h̄ offm̄. in quo continet rememoratio scripturarū ꝛ accedit ad mā suetudinē. ꝓut ibi dictū ē. In tercia feria legit euāgeliū. Stetit ihs. vbi mltipharie suā resurrectionē ꝓbat. s. ꝑ visum. ꝑ tactū. ꝛ ꝑ gustū. ꝛ etiā ꝑ auditū. cū scripturas expōit. Qd̄ ꝑtinet ad sciētiā. Vn̄ in introitu. Aq̄ sapie ꝛc. bti viri potati referunt. In offertorio. Intonuit ꝛc. fontes aq̄rū apparuisse memorant. In postcōione. Si cōsurrexistis. q̄ sursum sunt q̄rite. sape iubētur. Et in euangelio sensus ad intelligēdū scripturas discipulis apitur. Scripturarū q̄ppe intelligētia ꝛ scientia lamēti ꝛ luctus ē cā effectiua. Qui. n. legit in scripturis prophetas ꝛ eorū dn̄ū occisos. q̄quō dolore mordet. Et q̄nto q̄s pctā sua intelligit. tanto i luctū ꝛ pnie lamentū ꝓrumpit Licet igit his diebus sit gaudijs vacandū. tn̄ ineptā leticiā remoueam⁹. ne carnes agni sine lactucis aggrestib⁹ comedam⁹. q2 bti q̄ lugēt. In q̄rta feria legit euāgeliū de discipulis piscātib⁹ q̄s dn̄s inuitauit ad prandium. ꝛ dedit eis panē ꝛ piscē assum. i. cognoscere xp̄m esse deū ꝛ hoiem passum. Que q̄dē est illa saturitas de qua dr̄. Beati q̄ esuriūt ꝛ sitiunt iusticiā. q̄m ipi saturabūt. Nō ergo dr̄ ibi. Venite prādete. hoc est qd̄ cantat in introitu. Venite bn̄dicti pa. mei ꝑcipite regnū. Hoc. n. regnū ē prandiū eternū vbi erūt pisces magni. ꝫ vn⁹ est super prunas nō passionis. ꝫ amoris Rōnabiliter autē in feria q̄rta nobis a xp̄o regnū promittit. q2 in q̄rta etate regnauerūt dauid ꝛ salomō. in quorū manibus xp̄i regnū spāliter ꝛ pleni⁹ significat. Et q2 petrus supradictū rethe traxit in terrā. ipi em̄ cōmissa est eccia ipsi spāliter dictū est. pasce oues meas ideo ꝓ epl'a sumit eius p̄dicatio de actibus aplorū. Ad saturitatem quoqz ꝑtinet offerenda. Portas celi aperuit. s. ꝓphas q̄ p̄dixerūt. angelos q̄ annūciauerunt. mariā q̄ genuit. apl'os qui p̄dicauerūt. doctores q̄ exposuerunt. Per hos oēs pluit dn̄s manna in ore egentiū aiarū id ē dei v̄bū. vel corpis sacrm̄ vt nō deficerent in via tendentes ad p̄riam. vbi comederēt panē angelorū. Versus gradualis dextera dn̄i fecit v̄tutē. cōgruit illi v̄bo euāgelij. Mittite in dexterā nauigij rethe. Et ē sensus. Dextera dn̄i fecit v̄tutē. q2 potētia v̄bi mihi vniti fecit me vincere mortē. Ideoqz dextera domini exaltauit me. i. laudabilem me fecit. ꝛ repetit. dextera dn̄i fecit virtutem. vt oñdat resurrectionis q̄litatē. s. eternā Vn̄ sequitur. Nō moriar ꝫ viuam. Juxta quē sensum capimus cū apl'o in alleluia ꝛ cōione. xp̄s resurgens. Et pertinet h̄ ad fortitudinē. Et q2 beatus laurentius fuit piscis assus fortis in esurie ꝛ esuriens in fortitudine. ideo fit ibi statio. Officiū q̄nte ferie ꝑtinet ad consiliū ꝛ miam. Magnū. n. fuit cōsiliū peccatricis pedes xp̄i lauātis cū lacrimis vt miam cōsequeret. ꝓut in euangelio dr̄. Officiū sexte ferie ꝑtinet ad mūdiciā cordis et corpis. In baptismo nāqz de q̄ ibi igit lauant corpus ꝛ aia. Et q2 mundis cordibus visio dei ꝓmittit vt ibi. Beati mūdo corde q̄m ipi deum videbūt. ꝛ ꝑ mūdiciā ad intellectū ꝑueni

tur. ideo recte in euā. dr̄. q transmigran
tes deū videbūt. In sabbato legit euan
geliū in quo dr̄. q licet Johannes pre-
cucurrerit. tn̄ petrus seq̄ns citi⁹ in mo-
numentū intrauit. ⁊ postea Johannes
Vt ꝓut ibi dictū ē sunt duo ppl̄i. Pe-
trus significat gentes q̄ posterius vene
rūt ad noticiā passionis. ſʒ tamē primi-
tus crediderūt. Johānes sinagogā que
in lege ⁊ ꝓphetis prius audiuit domi-
ni passionē. ſʒ nōdū credere in mortuū
voluit. Credet aūt cū israel saluus fiet.
De his duobus ppl̄is. s. credentibus et
nō credentibus loquit Petrus in ep̄la
Deponētes ⁊c. De credentibus dr̄ in i-
troitu. Eduxit dn̄s ppl̄um suū. Eduxit
em̄ dn̄s israel de egipto cū auro ⁊ argē-
to. ſʒ illis in deserto murmurantibus. et
ideo pereūtib⁹. eduxit eos qui nō mur
murauerūt de deserto in terrā ꝓmissio
nis. Et ꝓpter eosdē dimittimus gradu-
ale. ⁊ duplicat all'a. q2 tunc neophici la
borabant nūc deū voce ⁊ ope laudant.
Ad eosdē ꝑtinet alleluia. Laudate pue
ri dn̄m. Totus. n. ille psalmus ad electi
onē dirigit gentiuʒ. qd̄ ex eius illo fine
ꝓbat. Qui habitare facit sterilem i do
mo. Eisdē pueris ꝯuenit qd̄ canit in of
fertorio. Benedictus q̄ venit in nomie
domini. Hūc em̄ versiculū cantauerūt
pueri occurrētes dn̄o ad passionē veni
enti. Qd̄ sequit. Bn̄diximus vobis de
domo dn̄i. adiecit mater eccia dicēs pu
eris suis. Bn̄diximus vob. i. signauimus
vos baptismo. nos qui sumus familia
dn̄i. q2 de⁹ dn̄s illuxit nobis. Sequēs
vsus. Hec ē dies. ad gaudium spectat
credētiū. Ille ali⁹. Lapidē quē reproba
uerūt ad suggillatōem ꝑtinet iudeorū.
Ad eosdē credētes ꝑtiet postcōio. Dēs
q̄ i xp̄o. Pertinet igit offm̄ istud ad pa-
cificos q̄ filij dei vocabūtur. dedit ei do
minus his qui credūt in noie ei⁹ ꝑtātē
filios dei fieri q̄bus dat sapientia ꝑfrui.

De prima dn̄ica post pasca.

In octaua pasce

Incipit tp̄s regressionis seu re-
cōciliatiōis. ꝓut dictum est in
ꝓhemio hui⁹ ꝑtis. Sane in hac die do
mica in q̄busdā eccl'ijs fiunt octaue pa
sce. ⁊ dicūt rn̄soria de die dn̄ica. ⁊ introi
tum resurrexi. ⁊ graduale qd̄ derelictuʒ
erat resumūt hn̄tes respectū ad genera
lem resurrectionē. ad cuius gloriā per
gradus ascendit. Xp̄i em̄ resurrectio in
octaua etate facta est. Sed cū pascalis
solennitas significet illaʒ octauā q̄ seq̄t
septenariū huius vite. q̄rit q̄re hʒ octa-
uas cū etiā eius solennitas ꝓtēdat nō
tantū ꝑ octo dies. ſʒ etiā vsq3 ad diē pē-
thecostes. Rn̄deo q2 resurrectio futura
significata ē ꝑ circūcisionē. que octaua
die mandata est. cuius vere circūcisio-
nis octo sunt btitudines q̄p octaua re-
dit ad primā. ⁊ ideo ad repn̄tandū has
btitudines solēnibus octo dier officijs
celebramus octauas dn̄ice resurrectio-
nis. q̄ ē causa ⁊ signū nr̄e future resurre
ctionis ⁊ circūcisionis. Has btitudies
coaptat Aug. in li. de doc. xp̄iana septē
spiritib⁹ omittēs vltimam. q2 redijt ad
primā. Gradatim em̄ a timore ꝑuenit
ad sapiam. vn̄. Initiū sapie timor dn̄i.
De hoc dicet in ꝓhemio septime ꝑtis.
Quia ergo nouiter baptisati sunt pu-
ri. ⁊ q2 multos nouellos in quadragesi
ma genuit eccia. ⁊ q2 in illo tp̄e fuerunt
apl'i puri. ꝓpter qd̄ dn̄s fuit cū eis. xl. di
ebus post pasca instruēs eos in fide vt
possent oino fieri spūales. et vt vrerent
igne spūsscti. Propt istas tres cās siue
nouitates instruit nos eccia in fide in h
tp̄e ⁊ ideo in p̄ma q̄ndena legūt apoc.
⁊ actus apl'orū. in q̄bus libris hr̄ de se-
ptem signaculis. videlʒ de incarnatiōe
natiuitate ⁊c. q̄ xp̄us solus aperuit que
sunt maxima p̄ncipia fidei nr̄e. Post-
moduʒ in alia q̄ndena cātat in rn̄sorijs
de psalmis ⁊ in lectionibus legūt ep̄le

canonice vſq; ad aſcenſionē dñi. vt ſupra fidē edificent bona opa. pſalmi em̄ ⁊ eplē bona opa deſignāt. Et attende ꝙ añ reſurrectionē lex ⁊ ꝓphete legebant poſt reſurrectionē vero Apoc. ⁊ eplē canonice q̄ ſunt aploꝝ ſcripta leguntur ⁊ cantibus iublantur. Lex.n. ⁊ ꝓphe xpi paſſionē ⁊ reſurrectionē p̄dixerunt. ſed apli iam factā annūciauerūt ⁊ teſtificati ſūt. Ideoq; rñſoriū illud cātat. Vırtute magna reddebāt apli teſtimoniū reſurrectionis. Rōnabiliter q̄ʒ legit apocal. ⁊ canit eo ꝙ in eo viſio xpi ⁊ angelorū collocutio memoratur. In illa.n. vita quā paſcale ſignificat tp̄us. aīe viſione trinitatis ⁊ angeloꝝ ꝯſortio gratulabūtur. Legit aūt apoc. cū hiſtoria dignus es dñe. Alla incipit. Ego ſuʒ vitis. Nō aūt in q̄dam rñſorio dī decātabat ppls iſrael alla et vniuerſa multitudo iacob canebat legitime. ⁊ dauid cū cantoribꝰ cytharam ꝑcutiebat in domo dñi. illud reſpicit ꝙ regno ſaul deſtructo. i. mortꝫ impio. arca. i. hūanitas ſaluatoris. in q̄ ſunt manna. i. vbuʒ ⁊ tabule teſti. i. theſauri ſapie ⁊ ſcie dei abſcōditi. in hieruſalem ducit ⁊ in tabernaculo collocat vt eterna pacis viſione fruat. et ad p̄ris eq̄litatē glorioſus exhibeat. Cū aūt ſuperius tp̄ibus infantie ſaluatoris paucū dixerimus eſſe legendū. nūc vero ſcripta ceteroꝝ aploꝝ patʒ ꝙ toto tp̄e ſiue añ paſſionē ſiue poſtea q̄ dñi p̄ñtia memorat ꝯgrue p̄cones noui teſti loquūt ⁊ q̄ſi ab vberibus ſponſi filij cōſolationis lacte potēt. He nāq; ſcripture ſunt vbera. de q̄bus dī. Meliora ſunt vbera tua vino. De q̄bus nos ſic reficiat deꝰ cuius mia plena ē terra. vt oēs de ipſiꝰ plenitudine accipiamꝰ. Et nota ꝙ ſm romanū ordinē legūt nouē lectiones ī dñicis a paſca vſq; ad penthecoſtē ꝓut dictū ē ſub ti. de ſeptē diebꝰ poſt paſca. Propter nouitatē aūt triplicē q̄ dicta ē incipit introitus. Quaſi mō geniti infantes ⁊c. j. Pe. ij. In epla vero in fide iſtruimur q̄ incipit. Omne qd̄ natū eſt ex deo vincit mūdū ⁊c. j. Joh. v. c. oſtēdit fidem ꝑ teſtimoniū in celo ⁊ in terra ⁊ i conſciētia. In terra cū dicit. Tres ſunt qui teſtimoniū ꝑhibēt in terra. ſpūs. aq̄ ⁊ ſanguis. Nō em̄ clamore magno dominꝰ emiſit ſpm̄. ⁊ ꝙ ex eo iam mortuo exiuit ſanguis ⁊ aq̄ indiciū fuit hūanitatis. Et hi tres vnū ſunt. i. vnū ſignificant. Tres ꝑhibent teſtimoniū in celo. pater in voce. vbum in carne. ſpūs in colūba. ⁊ hi tres vnū ſunt. De teſtimonio ꝯſcie ſequit in epiſtola. Qui credit in filiū dei iam in ſe teſtimoniū dei hʒ. id ē ꝙ dictat ei conſcia. Sequit duplex alla. In dñicis em̄ ⁊ feſtiuis diebus ab hac die vſq; ad octauā penthecoſtes canit duplex alla. de quo dictū eſt ſub ti. de ſeptem diebus poſt paſca. ⁊ ſub ſabbato in albis. ⁊ ſub ſeptuageſima. p̄mū alla eſt. poſt dies octo. Joh. xx. c. Euangeliū. Cū eſſet ſero. Jo. xx. c. eſt de duabus apparitōnibus dñi. Prima omībꝰ apoſtolis in ip̄o die paſce excepto thoma. alia octaua die p̄ñte thoma. q̄ vidit ⁊ credidit ⁊ tetigit ⁊ dixit. Dñs meus ⁊ deus meus. Aliud vidit aliud credidit. Vidit humanitatē ⁊ credidit deitatem. Et cōgruit factū interp̄tationi nomis. Thomas.n. interp̄tat abyſſus. nam ꝓfunde intellexit q̄ ex eis q̄ exteriꝰ vidit deitatis itima penetrauit. Poſtmodū inuitat nos in euāgelio beatus Johannes ad credēdū ab vtili ⁊ honeſto. Vtile.n. ē nob credē. vñ dicit. Multa ſigna fecit ih̄s q̄ nō ſunt ſcripta in libro hoc. Poſtcōmunio ē. Mitte manū ⁊c. Jo. xx. capi.

De ſecūda dominica.

S equitur de ſecūda dñica poſt paſca. Quia em̄ per xpi reſurrectionē illuxit deus nobis. non tantū paruulis. ʒ etiā ꝓ-

fectis. Jdo hec dominica de pastoribꝰ
ē. qui debēt plene imitari xp̄m. Vn̄ in-
troitus ē. Misericordia domini plena
est terra. Ea em̄ non tantū puuli .sed et
magni repleti sunt. Et ideo sicut ante-
cedens dominica fuit de puulis. sic ista
est de pfectis. Vnd sequit. Verbo dn̄i
celi. i. apostoli firmati sunt. Et quia pe-
trus loqtur ad pastores in ep̄la. Xp̄us
passus est ꝑ nobis ⁊c̄. j. Pet. ij. ca. ideo
nūc fiūt sinodi. ⁊ fit statio ad sctūm pe-
trum. Jn fine em̄ dr̄. Conuersi em̄ estis
nūc ad pastorem ⁊ ep̄m animaꝝ vr̄aꝝ.
Duo alleluia dicunt. Primū. s. Cogno
uerūt discipuli ⁊c̄. est de resurrectione.
Jn alijs tamē ecclesijs dicit. Surrexit
dn̄s. Math. vlti. ca. Aliud. s. Ego sum
pastor bonus ⁊c̄. Joh. x. est de prelatis.
Euangeliū vo. Ego sum pastor bonus
Johan. x. est de bonis prelatis ⁊ merce
narijs. Offertoriū est. Deus deus meꝰ
ad te de luce vigilo. q2 prelati debēt sp
vigilare. Vn̄ in canticis canticoꝝ dicit
Jnuenerunt me vigiles qui custodiūt
ciuitatē. Postcōmunio similiter est de
ꝑlatis. Ego sum pastor bonus. Jo. x. c.

De tercia dn̄ica.

IN precedentibꝰ
duabus dominicis ostēsum ē
q parui ⁊ magni ꝑ xp̄i resurre
ctionem pleni sunt misericordia domi-
ni. Parui cū dicit in introitu p̄cedētis
dominice. Misericordia dn̄i plena est
terra. Magni cū dr̄ ibidez. Verbo dn̄i
celi firmati sunt. Jn hac vo tercia ⁊ in
sequentibus duabus dominis an̄ ascē-
sionem hortat nos eccia ad iubilum et
exultationem ꝓpter xp̄i resurrectionē ⁊
ascensionem. Vn̄ introitus huius do-
minice incipit. Jubilate deo omnis ter
ra ⁊c̄. Et ibi sequitur alleluia. quia iubi
lus est exultatio mentis habita de eter-
nis. soli autē deo iubilandum est. Seq
tur. Psalmū dicite nomini eius. i. hila

ri operatōne sp̄m laudate. ⁊ sequit simi
liter ibi vnū alleluia. quia ab vna radi-
ce ortum habent omnia talia. i. caritate
Sequitur. Date gloriam laudi eius. ⁊
ibidem etiam in fine sequitur triplex al
leluia. quia a potentia patris. ⁊ sapien-
tia filij ⁊ a benignitate spiritussancti ꝓ
cessit q nos liberauit per passionem et
resurrectionem suam. ⁊ ideo laudandꝰ
est deus. Licet autē sit exultatio. tamē
incutitur timor. ne spes sine timore lu-
xuriet in presumptionem. Vnde sequi
tur versus. Dicite deo q̄ terribilia sunt
opera tua domine. Debz em̄ timere no
nus populus. quia iudei excecati sunt
que erant populus specularis domini.
qui licet apposuissent custodes. tamen
dixerunt venerunt discipuli eius ⁊ fu-
rati sunt eum. Et hoc est quod dicit p̄s.
Mentientur tibi. id est ad honorem tu
um. quia ex hoc magis cōfusi sunt ini-
mici tui id est iudei. Et sequitur ibi. Jn
multitudine virtutis tue. quasi diceret.
licet vidissent multa miracula. videlicz
solem obscuratum. ⁊ petras scissas. Jn
hoc est etiam multitudo virtutis dei. q
mendacia inimicoꝝ vtit in suū honorē
Jn ep̄la vo monet petrꝰ baptisatos vt
ambulēt in nouitate vite abstinentes a
carnalibꝰ desiderijs dicēs. obsecro vos
frēs tanq̄ aduenas ⁊ pegrinos abstinē
vos a carnalibꝰ desiderijs. j. pe. ij. c. ⁊ cō
cordat cuz introitu. q2 gustato sp̄u desi-
pit ois caro. Quedam eccie dicūt all'a.
xp̄s resurgēs. Ro. vj. ca. Euāgeliū ē de
resurrectōe. Modicuz ⁊ non videbitis
me. modicuz. i. a morte vsq3 ad resurre-
ctionem. iterum modicum ⁊ videbitis.
me. post resurrectionem. ⁊ modicuz. q2
vado ad patrem. Johan. xvj. c.

De quarta dn̄ica.

IN quarta etiam
dominica inuitamur ad iubilū
et spāliter inuitant ad h gētes.

Vñ introitus sumptus est de psalmo I
uitante ad cantũ q̄ incipit. Cātate dño
can. no. q2 mi. 7c. Bern̄. di. Tria fec̄ dñs
mirabilia in incarnatōe sua. Primũ q̄
mater erat vgo. Scõm q̄ de9 fieret hõ.
Terciũ q̄ p̄dicta pōt credere carnal' hõ
Seq̄tur ibi. An̄ cõspectũ gentiũ reuela
uit iusticiã suã. i. filiũ suũ. Seq̄tur vsus
Saluauit sibi dexterã eius 7c. q2 p fidẽ
vniti sunt duo ppl'i. s. gẽtilis 7 iudaicus
iõ in oñone hr̄. De9 q̄ fideliũ mẽtes vni9
efficis volũtatis 7c. Rursus q2 ista dñi-
ca quarta appropinquat ascensioni. iõ
dr̄ euãgeliũ. Vado ad eũ q̄ me misit et
nemo ex vobis 7c. Jo. xvj. Et post. Ex-
pedit vobis vt ego vadã 7c. oñdit em̄ cã
iubili. s. ascendo. Huic cõsonat pncipi
um ep'le bti Jaco. j. ca. Om̄e datũ opti
mũ 7 om̄e donũ pfectũ desursum ē de
scendens a p̄re luminũ. Sequit etiã in
euãgelio. Cũ venerit paclit9 arguet mũ
dũ de peccato. i. de infidelitate. Fides
em̄ om̄e peccatũ excludit. vñ arguere d̄
hoc peccato ē arguere de om̄i pctõ. Et
de iusticia 7 de iudicio. Dicit g̃ de pctõ
sc3 qd̄ habent. De iusticia quã ñ habẽt.
sc3 sanctoꝝ q2 vado ad prẽ3. i. in cordib9
sanctoꝝ hominũ pducendo eos ad pa
trem p cognitõe3 dei bonã. 7 extollẽdo
eos ad pr̄is cõformitatẽ. et tñ nolũt ho
mines sanct' assimilari. De iudicio qd̄
non timent. q2 princeps hui9 mũdi ia3
iudicatus ē. 7 adhuc sequũt damnatũ.
Et sufficeret de duob9 arguere. s. de fide
quã nõ hñt 7 hr̄e possent si vellent. 7 de
iusticia siue de bona vita. in qua nõ imi
tantur sctõs. 7 iõ adiecit vbũ timoris. s.
de iudicio. qd̄ debẽt tales subire. Seq̄-
tur ibi. Et quecũq3 audiet loquetur. Et
huic concordat finis epistole. In man
suetudine suscipite insitũ vbũ 7c. Si ei
spũssctũs audit q̄ loquit. multo fortius
d3 hõ audire 7 expectare donec deus in
ipso loquatur. q2 qui de seipso loquitur
mendaciũ loquitur.

De dñica Rogationum.

Quinto loco se-
quit de dñica rogationũ. in q̄
istructos p quatuor dñicas q̄l
armatos q̄tuor cardinalib9 vtutib9 mo
net annũciare alijs vt q̄ audit dicat ve-
ni. et cortina cortinã trahat dicẽs in in-
troitu q̄ ē Isa. xliiij. c. fm aliã trãslatõe3
Vocẽ iocũditatis. i. nouũ testamentũ.
in q̄ pmissa reddunt. nõ terroris. sic̄ ve-
tus lex fuit. annũciate 7c. Hec aũt dñi-
ca dr̄ Rogationũ pter pinquã ascen
sionẽ dñi. quẽ q2 p nos seq̄ nõ possum9
iõ in oñone docemur petere duo q̄ petẽ
da sunt. s. vt cognoscamus et faciam9.
Dicit em̄ oño. Largire qm̄s dñe suppli-
cibus tuis sp spm̄ cogitandi q̄ recta sũt
pspicius et agendi 7c. Vñ in ep'la redar
guit be. Jaco. eos q̄ volunt cognoscere
et non facere di. Estote factores vbi et
nõ auditores tm̄ 7c. Jac. j. c. Quedã ec
clesie dicũt alleluia Nonne cor nr̄m ar
dẽs 7c. Lu. vlt. ca. vsq3 mõ. In euãgelio
vo Amẽ dico vobis. Jo. xvj. ca. osten-
dit quid debeam9 petere. s. eterna dicẽs
Vsq3 mõ non petistis quicq3. q̄ em̄ pe-
tit tpalia nil petit. qm̄ in eis q̄ non quie
scunt. quies esse non põt. vñ seq̄uit. Pe
tite et accipietis. quia dextera domini
semp apta est.

De rogationibus.

Tribus diebus
ante festũ ascẽsionis dñi fiũt ro
gationes q̄ dicunt letanie. Leta
nia autem grece apud nos supplicatio
seu rogatio est. In qua ecclesia sancta
deum rogat. vt qui destruxit consiliu3
Achitofel. destruat consilium eorũ qui
nolũt viuere super pacem eius. Tunc
etiam supplicamus deo. vt nos a mor-
te subitanea et ab omni infirmitate de-
fendat. Rogamus vero sanctos vt pro
nob apud deũ intercedant. Et denoiat

letania greco vocabulo ꝓpter auctorita-
tem lingue grece. put dictū ē sub pasca
Est autē duplex letania.s. maior et mi-
nor. Maior est in festo.b.marci.q̄ inuē
ta fuit a.b.Gregorio ꝓpter pestē ingui-
nariā seu inflaturā inguinū. Cui⁹ insti-
tutionis causas. Paulus montis cassi-
ni monachus longobardoꝝ historio
graphus ita descripsit dicens ꝙ tpe pe-
lagij pape tanta fuit inundatio aquaꝝ
ꝑ ytaliam ꝙ aq̄ ascendebāt vsqȝ ad supi
ores fenestras templi Neronis qđ erat
rome. nec aq̄ intrabāt templū. tunc ꝑ ty
berim effluxit multitudo serpentū. int
quos fuit maximus draco. ex q̄rū flati-
bus aer ē corruptus. ⁊ inde emersit pe-
stis inguinaria. q̄ homines passim ⁊ su
bito moriebātur. Et cū pene tot⁹ roma-
nus populus deleret. Pelagius papa
omībus ieiuniū ⁊ ꝓcessionem indixit.
Sed in ipa processione ipe cum.lxxij.
alijs expirauit. Cui substitutus est gre-
gorius primus q̄ ⁊ magnus dictus est.
⁊ hanc letaniā vbiqȝ terraꝝ seruari ꝑce
pit. Ideoqȝ hec letania dicit gregoria-
na vel romana. Vocatur etiam cruces
nigre. qm̄ insignū meroris ex tanta ho
minū strage. ⁊ in signū penitētie homi
nes nigris induebātur. ⁊ cruces ⁊ alta-
ria nigris velabātur. Tercio etiā modo
dr̄ processio septiformis. ex eo ꝙ.b.gre
gorius septeno ordine iri in ea in maio
ribus eccl'ijs ordinauit. In p̄mo ordie
sunt clerici. In secūdo religiosi. In ter
cio sanctimoniales. In quarto pueri.
In quinto laici ꝓuecte etatis. In sexto
vidue ⁊ continētes. In septimo cōiuga
ti. In alijs vo eccl'ijs qđ nō possumus
in numero ꝑsonarū supplemus in nūe
ro letaniarū. Nam septies letaniam di
cere debemus priusqȝ insignia depona
mus. Contigisse aūt dicit romanis pre
missa inguinaria pestis. ꝓ eo ꝙ cū in q̄
dragesima cōtinenter vixissent. ⁊ in pa-
sca corp⁹ dn̄i recepissent. postmodū lu-

dis. comesationibus. ⁊ luxurie frena la
xabāt. Fuit qdē tam seua hec pestis vt
vbiqȝ hoies sbito ꝑimeret ita ꝙ sicut dr̄
cū aliqs sternutabat sepe spūm emitte-
bat. Vn̄ cū aliqs sternutabat. audiens
statim accurrēs dicebat. de⁹ te adiuuet
⁊ abinde vt dicūt hec adhuc cōsuetudo
seruat. vt audiēs aliquē sternutantē sta
tim dicat. de⁹ te adiuuet. Rursus vt fer
tur cū tūc aliqs oscitabat freq̄nter sbito
spm̄ emittebat. Vn̄ cum aliqs se velle
oscitare sentiebat ꝯtinuo signū cruc̄ si
bi impmere festinabat. q̄ ꝯsuetudo sir
vsqȝ hodie obſuat. Minor vo letania
q̄ ⁊ rogatiōes ⁊ ꝓcessiōes vocat. fit tri-
bus dieb⁹ añ ascensionē. q̄ sicut legit in
Burcardo li.xiij.c. exigētib⁹ inuenta ē
apud viennā a.b.mamerto epō viennē
si. q̄ ꝓpter pestē lupoꝝ ⁊ aliarū ferarū i
gallijs hoies atrociter ꝑimentiū. ⁊ ꝓpt
ꝑiculosos terremot⁹ illic crebro ꝯtingē
tes. indixit ppl'is ieiuniū triduanū. ⁊ le
tanias instituit. Cessante vo illa ꝑsecu-
tione ieiuniū illud in ꝯsuetudinem an
nue obſuatōis deuenit. Et sicut qdā re
ferūt. fuit ꝑ ecciam ꝯfirmatū vt vir obſ
uet. Dr̄ ḡ h̄ letania minor q2 a minori
scȝ a simplici epō ⁊ in minori loco.s.in
vienna inuēta ē. Illa vo dr̄ maior. q2 in
maiori loco.s.rome. ⁊ a maiore.s.a ma-
gno gregorio ⁊ ꝓ magno ⁊ grauissimo
morbo inuēta ē. Minor tn̄ antiqor est
tpe. Nā instituta fuit tpe zenonis impa
toris. maior vo tpe mauricij imꝑatoris
Fiunt etiā letanie ꝓpter plres alias cās
Vn̄ liberi⁹ papa statuit vt ꝓ guerra. ꝓ
fame. ꝓ pestilentia ⁊ hmōi aduersitati-
bus imminentib⁹. sp letania fiat. vt sic
ista ꝑ supplicatōes orōnes ⁊ ieiunia ef
fugiamus. q2 ḡ h̄ tpe maxie bella emer
gere solēt. ⁊ fructus terre q̄ adhuc in te
neritate vel flore sunt. plurib⁹ modis fa
cile corrūpi solēt. io h̄ tpe fiūt letanie vt
rogem⁹ deū ꝙ talia a nob auertat. ⁊ ab
aeris imtēperie ⁊ a beluis ⁊ ab hostib⁹

xp̄iane religionis nos eripiat ⁊ defendat. sup hoc patrocinia sanctorū spālit ⁊ generaliter implorātes. ⁊ iō rogatōes vocantur. Dicūtur etiā ꝓcessiones. q: tūc eccia ꝓcessionē facit generalē. Et ē notandū ꝙ rogamus sanctos ꝓpt. nostram inopiā. ꝓpter eoꝝ gl'iam. ⁊ ꝓpter dei reuerētiā. Qn̄ aūt letaniā ꝓ imminentibus ꝑiculis in ꝑniali ⁊ flebili habitu facimus. illā vltimā ꝓcessionē mulierū plangentiū post dn̄m qn̄ ducebat̄ ad crucē repn̄tamus. plangentes iuxta mādatū dn̄i. sup nos et sup filios n̄ros. Fiūt etiā hoc tp̄e letanie. q: xp̄o ascēdēte q̄ dixit. Petite ⁊ accipietis. ꝯfidentiꝰ eccia petit. ieiunat em̄ tūcq: ⁊ orat vt pax habeat de carne. ꝓpter carnis macerationē. ⁊ acq̄rat sibi alas ꝑ oꝛonē. q̄ est ala qua aīa volat in celū. vt sic xp̄m ascēdētem libere sequi valeat. q̄ ascendit pandens iter an̄ nos ⁊ volauit sup pennas ventoꝝ. Et hec ē cā q̄re vltimā letaniaꝫ siue vltimū ieiuniū ascensioni cōtinuamus. vt vicꝫ ꝓpter oꝛones ⁊ ieiunia deposita mole carnis xp̄m ascendētē seq̄ possimꝰ. In letanijs ergo fit ꝓcessio. et cantat̄ in q̄busdā eccl'ijs in ꝑncipio processionis. Exurge dn̄e ⁊c. Freq̄ntandū etiā eēt ⁊ a pueris dicendū illud cāticū angelicū. Sctē deꝰ sctē fortis sctē ⁊ immortalis miserere nob. Nā sicut Iohānes damascenꝰ refert i li. iij. cū apud cōstantinopolim ꝓpter q̄ndā tribulatōeꝫ fierēt letanie. q̄dā puer e medio ppl'i raptus ē in celū ⁊ h̄ canticū ibidē edoctꝰ. Deinde ad ppl'm rediēs illud in cōspectu oīs ppl'i decātauit. ⁊ mox oīs tribulatio cessauit. Qd̄ cāticū calcedon̄. sinodus approbauit. Huiꝰ ḡ cātici laus et autoritas colligit̄. Primo ex eo ꝙ āgelus illud docuit. Scd̄o ex eo ꝙ ad eiꝰ prolationē illa tribulatio cessauit. Tercio ex eo ꝙ tantū cōciliū illud approbauit Quarto ex eo ꝙ demones illud valde timent. Ceterum in ꝓcessione ipa ꝑcedūt crux ⁊ capsa reliquiarū sanctoꝝ. vt vexillo crucis ⁊ oꝛonibus sanctorū demones expellātur. vt dictū ē in q̄rta ꝑte in tit. de accessu pontificis ad altare. Portant̄ etiā vexilla ad repn̄tandū victoriā resurrectionis ⁊ ascensionis xp̄i qui cū magna ꝑda celos ascendit. Vn̄ vexillū ꝑ aera incedens ē xp̄s in celum ascendēs. Et sicut vexillū in ꝓcessione ip̄a multitudo fideliū seq̄tur. sic ⁊ xp̄m ascendētē magna sctōꝝ collectio comitabat̄. Portant̄ etiā vexilla ad imitatōnem eiꝰ. q̄d dr̄ Esa. xj. c. Et leuabit dn̄s signū in nationes. et cōgregabit ppl'os isrl'. ⁊ dispsos iude colliget a q̄tuoꝛ plagis terre. Qd̄ ꝟo cruces ⁊ vexilla portant̄ a Constātino sumpsit eccia. q̄ cum in somnis crucis signū vidisset. eiq: dictū fuisset. vinces i hoc signo iussit crucem in vexillis bellicis insigniri. Qd̄ i letanijs crux maioꝛ a crucis baiulo de altari sumit̄. recolit ꝙ de xp̄i humeris tulit eā simon cyreneus. Math. xxvij. In q̄busdā locis fit letania ꝑ cāpos. vt etiā a segetibus demones expellant̄ vl' potius vt a dn̄o ꝯseruēt̄. Cantꝰ aūt i ꝓcessione q̄d significet dictū ē in ꝑcedēti. de accessu pōtificis ad altare. Consueuit quoq: q̄dā draco cum cauda longa erecta ⁊ inflata duobꝰ ꝑmis diebꝰ ante crucez ⁊ vexilla ꝑcedere. vltima ꝟo die q̄si retro aspiciēs cauda vacua atq: depressa retro seq̄tur. Nempe draco iste significat diabolū. q̄ ꝑ tria tp̄a. s. an̄ legeꝫ ⁊ sub lege ⁊ tp̄e grē q̄ ꝑ hos tres dies significāt̄ hoīes fefellit. ⁊ nunc fallere cupit. In duobꝰ ꝑmis tp̄ibꝰ regnauit ⁊ q̄si dn̄s orbis fuit. cauda longa. i. potēter ⁊ inflata. i. supbe incedēs. Vn̄ xp̄s illuꝫ mūdi ꝑncipē vocat. ⁊ Iohēs ait in apocal'. Vidi sathanā de celo cadēteꝫ velut fulgur ⁊ traxit secū tērciaꝫ ꝑtē stellaꝝ. i. hoīm. In cuiꝰ rei figurā duobꝰ diebus mō ꝑdicto ꝑcedit. In tp̄e ꝟo grē ꝑ xp̄m victꝰ est. ⁊ data ē ap̄lis eijciēdi spūs im

mũdos ptãs. ꝓpter qᵭ tercia die draco
q̃si ptãte ꝓpter fidei dilatationẽ amissa
post crucẽ seq̄ꝶ cauda vacua et demissa
⁊ nõ longa. qꝛ nõ audet ita potenter re
gnare vt prius. ꝫ ꝑ suggestões ⁊ latẽter
hoies seducit q̇s videt pigros in bonis
opibus ⁊ r̄missos. nec viã vite sectãtes.
q̃si fur retro aspiciens si q̇s oberret ⁊ a
rectitudine fidei cadat. quẽ ad se quasi
caudã trahat ⁊ sibi incorporet. sicut et i
deserto filios isrl' infirmos ⁊ debiles. et
q̇ oberrãtes remanebãt vltimi. hostes
post tergũ veniẽtes necabãt. In leta
niꝭs debemꝰ ẜm aurelianeñ. cõciliũ ie
iunare. vel saltez cibis q̃dragesimalibꝰ
⁊ capis nigris in signuz pnie vti. nec dz
q̇s vti veste solenni. Propter qᵭ vocãꝶ
ꝓcessiones nigre. non tñ debent cruces
nigre vocari. In letaniꝭs quoq₃ debent
oẽs a seruilibus opibus vacare. s. vi
ri ⁊ mulieres. serui ⁊ ãcille. ⁊ donec ter
mineꝶ ꝓcessioni adesse. vt sicut oẽs pec
cauerunt sic ⁊ oẽs ꝓ venia supplicent.
omes ad deũ corda cũ manibus eleuẽt
id ẽ studiũ oronis erigant. Post ꝓces
sionẽ cantaꝶ missa in aliq̃ eccia. Et est i
troitꝰ. Exaudiuit ⁊c̃. rememorat eñ ec
clesia p̄terita dei beneficia ad maiorem
spez ⁊ dei largitas iuocaꝶ vt ꝑ ħ cõiciat
futura. ex eo. n. ꝙ multotiẽs exaudiuit
ꝑpendiꝶ ꝙ adhuc exaudiet. Exaudiuit
inquã de tẽplo suo sancto. s. ꝑ grãm. Et
qꝛ nõ põt huius esse exauditio sine di
lectione. seq̄tur v̄sus. Diligã te ⁊c̃. Ite
rũ qꝛ nõ exaudiũtur nisi ꝑ cõfessionem
ideo dicit Jacobꝰ in epl̃a. Confitemini
alterutrũ peccata v̄ra. q̇ est Jaco. vlt. c.
Et vt maior spes habeaꝶ adhibet exem
plũ de Helia qui petiꝭt vt nõ plueret ⁊
non pluit annis tribus ⁊ mensibus sex
⁊ postea petiꝭt ꝙ plueret. ⁊ pluit. Si. n.
Helyas solus exauditus ẽ. multofortiꝶ
ns tota ecclesia exaudieꝶ. manus. n. do
mini non ẽ abbreuiata. Seq̄tur vnum
all'a. Confitemini. Sz cũ in diebꝰ ante
cedentibus duplex alleluia canteꝶ. quare
re in his diebus vnicũ tantũ diciꝶ. Itez
cũ in aliꝭs ieiuniꝭs nõ dicaꝶ all'a q̃re in
hoc di. Ad p̄mũz dicimus ꝙ sicut sepe
dictuz est. duplex all'a cantaꝶ in antece
dentibus diebus ꝓpter duplicem stolã
que habebiꝶ in resurrectione cõmuni.
anime videlz ⁊ corporis. Officiũ autez
pascale qᵭ hoc significat finitũ est. ⁊ ĩdo
remota causa remoueꝶ ⁊ effectus. Ad
secundũ dicimus. ꝙ ideo in aliꝭs ieiu
niꝭs non cantaꝶ alleluia quod est canti
cũ leticie. qꝛ fiũt pro peccatis. ꝓpter qᵭ
dicũꝶ ieiunia meroris. Hoc ãt ieiuniũ
⁊ ieiuniũ penthecos. sunt exultatõis. qꝛ
non fiũt ꝓ peccatis ꝫ vt potestas diabo
li remoueaꝶ ⁊ pestis. ⁊ ideo i eis all'a cã
tatur. Preterea in hoc ieiunio diciꝶ al
leluia ꝓpter gaudiũ ascensionis qᵭ im
minet. In euangelio v̄o. Si quis v̄rm
⁊c̃. Luce. xj. ca. ostendit ꝙ debemus pe
tere ꝑseueranter ꝑ amicũ q̇ dicit amico
Amice cõmoda mihi tres panes ⁊c̃. si
perseuerauerit pulsans ꝓpter improbi
tatem eius surget. ⁊ dabit ei. Per ħ hr̃
ꝙ etiã exñs in mortali pctõ si ꝑseueran
ter petierit exaudieꝶ ꝓpter improbitatẽ
Allegorice amicus nr̃ ẽ xp̄s a q̇ intelle
ctus theoricus petit tres panes. s. fidez
spem ⁊ caritatez. qꝛ amicꝰ. i. intellectus
practicꝰ. s. rõ inferior venit de via. i. d cõ
sideratõe tp̄aliũ. Seq̄ꝶ. ⁊ nõ hẽo qᵭ po
nã añ illũ. qꝛ ñ inuenit i talibꝰ sp̄ũalẽ re
fectõem. ⁊ sic petit sup̄ior ĩtellectꝰ ꝓ in
feriori. vl' ꝓ tota aĩa. nõ. n. p̄t hr̃e aĩa vel
rõ inferior aliquã refectionẽ sp̄ũalẽ ni
si ab intellectu superiori. cuiꝰ ẽ cõtem
plari celestia. Seq̄tur postea ibidẽ. nũ
quid si petierit panem. i. caritatez. lapi
dem dabit ei. i. indurationẽ. qᵭ est con
trariũ caritati. i. nũquid dabit ei contra
riũ. q. d. nõ. Similiꝶ si petierit piscẽ. i. fi
dẽ q̃ nutriꝶ in aq̄s baptismi nũq̇d ꝓ pi
sce dabit ei serpentẽ. i. infidelitatẽ a q̃ ẽ
omis vis peccati. q. d. non. Aut si peti

erit ouū.i.spem,q₂ in ouo ē spes pulli.
nūq̄d porriget ei scorpionē.i. desperatio-
nē q̄ retro ꝛ occulte pūgit sicut scorpio
desperantiū em̄ est retro abire,q.d.nō.
Vel ꝑ panē intelligūtur omnia q̄ hois
victui sunt necessaria vt cibus ꝛ potus
ꝑ ouū oīa genera fetuū aīaliuꝫ ꝛ fru-
ctuū.ꝑ piscem omnia genera natatiliū
Postcōmunio. Petite ꝛ accipietis.sū
pta ē de euangelio. Ad horas dr̄ capi-
tulū.Cōfitemini.ꝛ illud.Helias homo
erat.ꝛ illud. Si quis errauerit. q̄ sunt
Jaco.v.c. In festo aūt.b.marci dicūt q̄
dam epl̄am.Qui timet deuꝫ.q̄ ē Eccli.
xv.c. Alij dicūt.Similitudo vultuū. q̄
ē Ezech.j.c.Euangeliū ē. Ego sum vi-
tis vera.qđ ē Johā.xv.c.Alij vo dicūt.
Designauit. Secūda quoqꝫ die rogati
onū est idem officium qđ in prima.nisi
q₂ in q̄busdā ecclesijs euangeliū de ma
theo legit.in quo ē eadem sententia.

De vigilia ascensionis.

Q Uia vero ieiuni
um de quo ꝑmissum ē nō suf-
ficit sine opibus misericordie.
ideo in vigilia ascensionis.q̄ ē tercia di-
es rogationū.eccia monet ad opa mise
ricordie dicēs in introitu . qui ē in qui-
busdam eccl'ijs.Miscđia dñi ꝛc. Dicit
em̄ Grego.Si vis oꝛonem tuā ad celū
volare fac ei duas alas.s. ieiuniū,ꝛ ele-
mosinā.Cū bonis em̄ desiderijs vola-
mus ad celuꝫ. Vñ de dño dr̄. Eleuatis
manibus ferebat in celū. In alijs tñ ec
clesijs dr̄. Oēs gentes .Epl̄a vo q̄ est
in q̄busdam eccl'ijs.Multitudinis ꝛc.
non videt cōcordare. immo videt ꝑpo
steratio. quia post ascensionem dñi fa-
ctum ē vt multitudinis credentiū esset
coꝛ vnū ꝛ anima vna.Sed hoc fit dua-
bus de causis. Prima vt epl̄a cōsonet
euangelio.Subleuatis oculis ꝛc. Joh.
xvij.c.in quo dicit dñs. Pater clarifica
id ē manifesta filiū tuū,ꝛ postea rogat.
d.Rogo vt vnū sint. sicut ego ꝛ tu vnū
sumus. Hec aūt vnitas ostendit in epi
stola.Alia causa ē.quia qñ ex vero coꝛ-
de dantur elemosine omnia reputant
cōmunia.sicut dicit apostolus de man
na qđ qui plus collegit nō plus abūda
uit. ꝛ q̄ minus nō habuit minus .Qui
em̄ diues ē.nō debet ꝓpter hoc amplius
comedere.ꝫ alijs distribuere.Et hoc dr̄
in epl̄a .Et erant illis omnia cōmunia.
Ideo aūt ꝑdictū euangeliuꝫ dr̄ hodie.
q₂ qui passurus orauit. hominibus in-
notuit cū ascendit. Vel q₂ in fine con-
cludit.Ego ad te venio.in quo rogat ꝓ
his quos dedit ei pater. vt sint in patre
vnū cū oīa sint in fide ꝛ caritate vnū,
id ē ꝯcordia vniti vicissim . Vñ ꝑcedit
epl̄a.Multitudinis credentiū.Hilari-
us vo exponit sic ꝑdicta vba.Rogo vt
sicut ego ꝛ tu vnu sumus.s. non tantuꝫ
volūtate ꝫ etiam natura. sic ꝛ ipi vnuꝫ
sint.s.vnitate spūs ꝛ gr̄a spūssancti. In
alijs tamē eccl'ijs dr̄ epl̄a. Vnicuiqꝫ ve
strum.ad Ephe.iiij.c.Offertoriū ē. Vi
ri galilei.Actuū.j.c. Postcōmunio est
Nos vos.Joh.xiiij. In alijs vo eccle-
sijs dr̄. Petite. Math.vij.c. Quia ḡ in
hoc officio de elemosina ꝛ opibus mie
agitur. ideo in quibusdam locis.vt pre
missas sibi alas acquirant elemosinaꝝ
largitioni intendūt,quā tamē vsqꝫ in fe
stum ascensionis differūt.q̄si tunc post
xpm in celū aduolent. ꝛ vt tūc liberius
vacare possint. Quidam tamē nō in
cōgrue supꝛadicta officia pascalis heb-
domade ꝑ septem dona spūsscti ad eos
referunt qui sunt in baptismo renati.vt
renatus afflatus spū sapiētie dicat.Re
surrexi. Per q̄d resurrexerit euangeliū
declarat.s.ꝑ resurrectionē dñi.Quid i-
de acquisierit spūs instruit intellectus
dicens. Introduxit nos in terram.s. ec
clesiam.Et adhuc addit spūs cōsilij aq̄
sapie potauit eos. Quid inde q̄ꝫ acq̄re
re debeat spūs indicat fortitudis dicēs

Venite bñdicti patris mei. Qr ex his
collatis beneficijs deū laudare debeat
spiritus sapientie docet dicēt. Victricē
ʒc. Quid resurrectio renatis attulerit i
dicat spūs pietatis dicens. Eduxit eos
dñs in spe. ꝛ adhuc spūs timoris adiū-
git dicēs. Eduxit dñs ppl'm suū. Pro
his oibus beneficijs in baptismo colla
tis hoibus angeli gratulant. hoies deo
ↄfitent. ꝛ ad xpi pconia se inuicē exhor
tant gr̄as agūt. iubilāt bñficia. ꝛ bñfici-
orum causas rememorāt. ꝛ ad maiora
ↄfidenter aspirāt. ꝛ circa hec cetere ptes
officioꝝ suprascripte hebdomade ver-
sant. Et vide ꝙ hic mutat ordo donoꝝ
Et attēde ꝙ p officia huius hebdoma-
de ad quattuor introit⁹ q̄ter. ad tres ter
ponit all'a. qr sancta trinitas a quatuor
mūdi ptibus collaudat. de xpi resurre-
ctione. ꝛ de hoim redemptiōe. In pma
dñica. s. Quasi modo geniti. baptisati
monent a matre tanq̄ʒ infantes innocē
ter viuere. ꝛ lac sancte scripture cōcupi
scere. vt pascale sacramentū p xpi resur
rectionē acquisitū morib⁹ ꝛ vita teneāt
mundū vincāt. vt cū xpo triumphēt. et
leticiā in corpore ꝛ aia simul obtineāt.
ppter quā leticiā all'a duplicat. qr mor-
tem euaserūt. ꝛ spem vite habere meru
erunt. vel ppter actionē ꝛ cōtemplatio-
nem. vel ppter gaudiū pdicatoꝝ ꝛ con
uersorū In scd'a vero dñica. s. Miscd'ia
dñi. baptizati iam instructi xpi miseri-
cordiā intonāt ꝛ trinitatē pdicant. Naʒ
in miscd'ia spūm. in verbo filiuʒ. in deo
patrē annūciant. pponūt vero spūm p
quē sunt sanctificati. deinde filiū p quē
sunt redempti. deinde patrē cui recōci-
liantur. Et qr trinitatē cōcinūt ideo ter
iubilāt all'a. In tercia dñica. s. Jubilate
baptizati ad laudē dei totū mundū in-
uitant. ꝛ trinitatē psonāt. cuʒ ibi in deo
patrē. in nomine filiū. in laude spirituʒ
sctm̄ accipiūt. Et qr p duo pcepta chari
tatis firmant in fide trinitatis, ideo pri
ūs bis. deinde ter cōcinunt all'a. In q̄r
ta dñica. s. Cantate. rursus baptizati ad
dei laudē gentes cōuersas inuitāt ꝛ tri-
nitatē cōmemorāt. dum ibi in dño preʒ
p mirabilia filiū. p iusticiā intelligūt spi
ritumsanctū Et qr fidē trinitatis gētes
a quatuor mūdi ptibus acceperūt. ido
trinitatē sub quarto all'a cōcludūt. In
q̄nta dñica. s. Vocē iocūditatis. rursus
baptisati liberatorē suū gentib⁹ annū-
ciant. q̇ trinitatē p ter positū cōcinūt al-
leluia. ꝛ sicut ibi ↄtinet instantia pdicā-
tium sic in officio. Exaudiuit de tēplo
sancto suo. solicitudo se ab errore ↄuer-
tentiū. ꝛ in officio vigilie. Omnes gen
tes. applausus i celū intelligit ascēsoꝝ.
Sequit de festo ascensionis dñi.

In festo ascensio-

nis dñi qd̓ celebrat die q̄dragesi
ma post pasca. qr xps die q̄dra-
gesima post resurrectionē celos ascēdit
fit pcessio solēnis. Precepit em̄ dñs di
scipulis suis. vt pcederēt in montē oli-
ueti. vt viderēt ipm ascēdere. ꝛ fecerūt
ei pcessionē ꝛ ipe eleuatis manib⁹ fe-
rebat in celū. De hoc dictū est in quar-
ta pte sub ti. de accessu pōtificis ad alta
re. Hec pcessio significat ascensum de
virtute in virtutē. Et cantat responsori
um de ascensione. vt inuitemur ad ascē
dendū post dñm. De bethania aūt q̄ in
terptat obediētia. de qua eduxit aplos
ascēdit dñs. p qd̓ significat ꝙ sine obe-
dientia null⁹ potest ascēdere in celum.
Vñ quidā cantāt in pcessione respon-
soria ptinētia ad ipam eductionē. vt e-
duxit dñs. Qr vero ascendit de monte
oliueti significat ꝙ p opa miscd'ie opor
tet nos ascēdere. Cū igit hac die pcessi
onem rōnabiliter agam⁹. nihilominus
ꝛ hoc rōnabili⁹ est ꝙ nō celebret anteq̄ʒ
tercia dicat. sed ea cantata liceʒ in die pa
sce ꝛ ceteris dñicis aliter fiat. In pasca
li em̄ pcessiōe ꝛ in dñicalibus aquā be

nedicitur in memoriam ⁊ reuerentiā ⁊
venerationem baptiſmatis. ideoq́ ꝓce
dunt terciā in qua ſpiritusſanctꝰ ſuꝑ di
ſcipulos deſcendit. vt ſicut prius bapti
ſamur ⁊ poſtea ſpiritūſanctū accipimꝰ
ſic aqua benedicta prius nos ⁊ loca no
ſtra aſpergimus. ⁊ poſtea aduētus ſpi-
ritusſancti memoriale. i. terciam decan-
tamus Cur aūt in dñicis diebus baptiſ
matis memoria renouet̃ ſuperiꝰ enoda
tur. In hac vero die tercia cantata pro-
ceſſio celebrat̃. ſimiliter ⁊ oēs alie que
ſine aque benedictione celebrātur. tum
vt miſſe cōiungant̃ officio. tum q̄ nul-
lus eaꝫ ſequit̃ niſi ſanctificatus ſpiritu-
ſancto. De hoc etiā ſub dñica in ramiſ-
palmarū dictū eſt. Facta ꝓceſſione cā-
